8. Tempore Paſchali, tàm in Officio de Tempore, quàm de Sanctis, tres Pſalmi dicuntur ad Nocturnum, ſub unica Antiphona, ut in ſuis locis ponitur, exceptis tamen Feſtis Duplicibus III. Claſſ. & ſuprà, ipſo die Feſto. Ad alias Horas, in Feſtis Semiduplicibus & ſuprà, nihil mutatur in numero Antiphonarum, ſed in fine omnium additur *Alleluia*: quod à Septuageſima uſque ad Paſcha omittitur ubicumque reperitur. Sabbato autem ante Septuageſimam additur *Alleluia*, in fine Antiphonæ ad *Magnificat*, & pòſt deinceps uſque ad Paſcha dimittitur.

9. In Duplicibus II. Claſſis & ſuprà duplicantur Antiphonæ ad *Magnificat* & ad *Benedictus*, id eſt integræ dicuntur ante Canticum, & rursùs integræ poſt Canticum: ita & in Adventu majores Antiphonæ quæ O nuncupantur. Ceteræ omnes Antiphonæ in Officio quocumque inchoantur tantùm ante Pſalmos & Cantica; &, poſt Pſalmos & Cantica, integræ dicuntur. In Officio tamen quod ſine cantu recitatur, inchoantur Pſalmi, vel Cantica, ſine Antiphonarum impoſitione.

10. Quàndò aliqua fit Commemoratio, fit hoc modo: Poſt Orationem diei ſub magna concluſione, immediatè dicitur in Veſperis, aut Laudibus, Antiphona quæ [po]ſita eſt ad *Magnificat* vel ad [Be]*nedictus*. in illo Officio cujus [fit] Commemoratio; deindè V[er]ſiculus qui habetur poſt Hy[m]num Veſperarum, aut La[u]dum; poſteà Oratio. Si plu[res] autem faciendæ ſint Comm[e]morationes, tunc immedia[tè] poſt Orationem primæ, ſ[ub] brevi concluſione, ſubjicit[ur] Antiphona ſecundæ, quam [ſe]quitur Verſiculus; Verſiculu[m] Oratio; & ſic deinceps, ſi ali[æ] ſint, ita ut, nonniſi poſt ul[ti]mam Orationem, (quæ te[r]minatur majori concluſione) dicatur rursùs *Dominus vob[is]cum*. & additur *Benedicamu[s]*

CAPUT VI.

De Verſiculis.

1. Verſiculus dicitur [in] Matutino poſt An[ti]phonam quæ ſequitur ultim[um] cujuſque Nocturni Pſalmum & quandò Nocturnum unicu[m] eſt, ſi Verſiculus ſumitur [in] Officio novem Lectionum, V[er]ſiculus I. Nocturni dicitur [Fe]riâ II. & V. Verſiculus II. N[o]cturni, Feriâ III. & VI. & Ve[r]ſiculus III. Nocturni, Feriâ I[V.] & Sabbato. Ad Laudes & Ve[ſ]peras dicitur poſt Hymnum ad Primam & reliquas Hora[s] poſt Reſponſorium breve.

2. In Commemorationibu[s] Verſiculus dicitur ut ſuprà Ca[p.] V. n. 10.

3. Verſiculis illis, etia[m] Tempore Paſchali, nunquà[m] additur *Alleluia*.

4. A Veſperis Feriæ IV. m[a]joris Hebdomadæ incluſivè [...]

Nonam Sabbati in Albis incluſivè, non dicuntur Verſiculi, niſi in Nocturnis.

CAPUT VII.

De Abſolutionibus & Benedictionibus ante Lectiones.

1. Poſt Verſiculum cujuſque Nocturni, (præterquàm triduo ante Paſcha, & in Officio Defunctorum), dicto *Pater noſter*, fit Abſolutio, & dantur Benedictiones, ut ſunt diſpoſitæ ad calcem Pſalterii.

2. Variantur Abſolutiones & Benedictiones pro diverſitate Officiorum & pro varietate Temporum, ut ibidem notatur.

3. Lector, petens Benedictionem, dicit: *Jube, Domne, benedicere*; qui verò ſolus recitat dicit: *Jube, Domine, benedicere*, & ſtatìm ſubjungit Benedictionem.

4. Quandò DD. Epiſcopus ipſe lecturus eſt Lectionem, poſtquàm ipſe præmiſit de more: *Jube, Domne, benedicere*, dignior poſt ipſum dicit: *Ora pro nobis, Pater.* Ipſe autem DD. Epiſcopus ſubjungit: *Oro ut caritas veſtra magìs ac magìs abundet in ſcientia, & in omni ſenſu.* & dicit Lectionem. Idem obſervatur ubi unicus eſt Presbyter.

5. Ad Abſolutiones & Benedictiones ſemper reſpondetur, *Amen.*

CAPUT VIII.

De Lectionibus.

1. Lectiones leguntur in quolibet Nocturno poſt Pſalmos, præmiſſo ſemper, *Pater noſter*, &c.

2. In Officio trium Lectionum, ſi Feriale eſt, leguntur tres Lectiones de Scriptura occurrente, niſi legenda ſit Homilia pro iij. Lectione, aut Lectio de Sancto qui ſolam haberet Commemorationem; tunc enim tres Lectiones de Scriptura contrahentur in duas.

3. In Officio trium Lectionum ordinabuntur Lectiones, ut ſequitur. Si Feſtum duas habet Lectiones proprias, prima Lectio erit de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis, ſecunda & tertia de Feſto. Si unam tantùm habuerit propriam, prima & ſecunda erunt de Scriptura, tribus in duas redactis, tertia de Feſto.

4. In Officio novem Lectionum, in I. Nocturno leguntur tres Lectiones ex ſacra Scriptura, quæ per ordinem & ſuâ quâque die in Officio de Tempore occurrunt legendæ, niſi aliæ ſuis locis aſſignentur. In II. Nocturno, leguntur ut deſignantur in Proprio. In III. Nocturno, leguntur de Homilia in Evangelium, ut in Proprio aſſignantur; & primæ Lectioni de Homilia præponitur ſemper principium Evangelii quod eâ die legitur in Miſſa. Excipiuntur ab hoc ordinario Lectionum, Officium tridui ante Paſcha, & Officium Defunctorum, in quibus Homiliæ non leguntur.

5. Si facienda ſit in illo Officio novem Lectionum aliqua Commemoratio de Dominica, aut de Feria majore, vel de Die Octava Duplici, habente Evangelium diverſum ab Evan-

gelio Feſti, tunc omittitur ultima Lectio diei, & pro ix. Lectione legitur Evangelium Dominicæ, ſeu Feriæ majoris, aut Diei Octavæ, habentis Evangelium proprium. Si autem Commemoratio ſit de Sancto; tunc nona Lectio erit de Sancto, ut mox dicetur.

6. Si Feſtum Simplex aut Semiduplex occurrat in Dominica, in quâ non dicitur *Te Deum*. aut Feriâ majori, vel Die Octava, quarum ultima Lectio eſſet Evangelium cum Homilia, omittitur Lectio de Sancto: & pariter omittitur, ſi occurrat Commemoratio de Sancto in Feſto Simplici, vel in die intra Octavam, Simplicem; tunc enim duæ primæ Lectiones erunt de Scriptura, tertia de Feſto Simplici, vel de Die intra Octavam, & de Sancto fit tantùm Commemoratio in I. Veſperis & in Laudibus. Aliàs in Matutino legitur ultima Lectio de Sancto cujus occurrit Commemoratio.

7. Quandò duæ tantùm leguntur Lectiones de Scriptura, quæ prima aſſignatur, ea die legitur ſola; ſecunda verò & tertia junguntur in unam.

8. In toto anno nullus eſt dies in quo non legatur de Scriptura ſacra, ſive occurrente, ſive propriâ.

9. Tempore Paſchali, in Duplicibus II. Claſſis, & ſuprà, prima Lectio erit de Scriptura; ſecunda de Feſto; tertia de Evangelio illius Officii, cum ejus Homilia. In aliis verò Feſtis, Lectiones ordinabuntur ut alio tempore, quandò tres tantùm leguntur Lectiones.

10. Si Tempore Paſchali, in Feſto non habente Evangelium cum Homilia, ad Officium Nocturnum facienda ſit Commemoratio de Officio occurrente quod habeat Evangelium cum Homilia, prima Lectio erit de Scriptura, tribus in unam junctis; ſecunda, de Feſto, duabus pariter in unam coactis; tertia, de Evangelio cum Homilia Officii occurrentis de quo facienda eſt Commemoratio.

11 Si autem, eodem Tempore Paſchali, fiat de Duplici II. Claſſis & ſuprà in Dominica, vel in Feriis Rogationum, vel in Die Octava habente Evangelium proprium; tunc prima Lectio erit de Scriptura, ſecunda de Evangelio Feſti, tertia de Evangelio Dominicæ, vel Feriæ Rogationum, vel Diei Octavæ habentis Evangelium proprium, omiſſâ hoc anno ij. Lectione de Feſto cujus eſt Officium. Excipias tamen Feſtum Patroni alicujus loci: tunc enim fiet ut dictum eſt Part. I. Cap. X. n. 12.

12. Initia Librorum Sacræ Scripturæ nunquàm omittuntur; ſed ſi in die, in qua ponitur initium Libri, contingat fieri Officium habens Scripturam propriam, tunc initium Libri ponitur die ſequenti. Quòd ſi contingat etiàm in hac die ſequenti poni initium alterius Libri, ut accidere interdùm poteſt, quandò leguntur Prophetæ minores, tunc, ſi ſit Officium novem Lectionum, prima Lectio erit de ini-

tio Libri die præcedente poſiti; ſecunda & tertia Lectio, de initio Libri, hàc ipſâ die occurrentis, niſi ſit Dominica, in cujus Officio Lectiones aſſignatæ in Breviario nunquàm mutantur. Itaque, ſi ultimis duobus poſt Pentecoſten Sabbatis celebretur aliquod Feſtum habens Scripturam propriam, initia Michææ & Malachiæ, quæ duobus illis Sabbatis aſſignantur, legentur die præcedente, ſaltem pro tertia Lectione, ſi fortè duæ priores ſint de alio initio; vel pro ſecunda, ſi tertia ſit de aliquo Feſto occurrente. Si verò ſit Officium Semiduplex, in quo duæ ſint Lectiones de Sancto, tunc hâc vice duæ Lectiones de Sancto coguntur in unam pro tertia Lectione, ut in prima & ſecunda Lectione poni poſſint duo initia Librorum Scripturæ, ſcilicet diei præcedentis, & diei præſentis. Cùm autem omittuntur Lectiones de Scriptura occurrente propter Feſtum habens Scripturam propriam, vel propter initium quod in hunc diem tranſlatum fuerit, non reſumuntur illæ Lectiones omiſſæ, ſed eo anno omittuntur, & tantùm reſumuntur initia Librorum omiſſorum.

13. Lectiones primi Nocturni leguntur cum titulo Libri de quo ſumuntur, (niſi aliter in propriis locis notetur.) Lectiones etiam II. Nocturni, quandò ſunt ex aliquo Sermone, Tractatu, Epiſtolâ, aut alio quovis Libro SS. PP. leguntur cum titulo & nomine auctoris, aliàs minimè; & ſimiliter in III. Nocturno præponitur titulus, & nomen auctoris cujus eſt Homilia quæ legitur.

14. Ante quamlibet Lectionem, niſi aliter notetur, Lector petit Benedictionem, ut dictum eſt Cap. præcedenti, & ità concludit quamlibet, dicens: *Tu autem, Domine, miſerere noſtrì*; reſpondetur, *Deo gratias.* præterquàm in triduo ante Paſcha, ubi tamen in I. Nocturno loco *Tu autem*, &c. dicitur, *Jeruſalem, Jeruſalem, convertere ad Dominum Deum tuum.* & nihil reſpondetur. In II. autem & III. Nocturno non dicitur, *Tu autem*, nec quidquam aliud; ſicut nec in Nocturnis Officii Defunctorum. Eâdem clauſulâ, *Jeruſalem*, &c. terminantur omnes Lectiones de Jeremia & de Baruch, à Dominica Paſſionis uſque ad Feriam IV. majoris Hebdomadæ incluſivè. In Adventu ad Lectiones de Iſaia, etiam in Officio de Sanctis, loco *Tu autem*, dicitur: *Hæc dicit Dominus Deus: Convertimini ad me, & ſalvi eritis.* & ſic terminantur, nihil reſpondendo: aliæ verò Lectiones de Prophetis more ſolito terminantur.

CAPUT IX.

De Reſponſoriis poſt Lectiones.

1. POſt quamlibet Lectionem, modò ea non ſit ultima, quam ſequi debeat Hymnus *Te Deum*, ut & poſt Capitulum I. Veſperarum; in

Duplicibus II. Claſſis & ſuprà, dicitur Reſponſorium.

2. Sumuntur autem Reſponſoria, in Officio de Tempore, ex eo loco ubì primùm ſunt poſita, & dicuntur proùt aſſignantur in decurſu Breviarii.

3. In Officio Feriali, (extra Tempus Paſchale) Reſponſoria ſumuntur è Dominica præcedenti, niſi aliter notetur, aut propria Reſponſoria huic Feriæ aſſignentur. Sumuntur autem alternatìm ex I. & II. Nocturno, hoc ordine: Feriâ II. IV. & VI. de I. Nocturno; Feriâ III. V. & Sabbato (ſi fiat de eo) è II. Nocturno.

4. Reſponſoria quæ in aliqua Dominica ponuntur, tamdiù reſumuntur in Officio Feriarum, ſeu etiam Dominicarum ſequentium, quamdiù alia Reſponſoria non aſſignantur.

5. In Feriis Quadrageſimæ, & Temporis Paſchalis, Reſponſoria dicuntur ut ibidem notatur.

6. In Officio de Sanctis, Reſponſoria ſumuntur ex Proprio, vel ex Communi Sanctorum. In Officio trium Lectionum, cujus Reſponſoria ſumenda ſunt ex Officio novem Lectionum, ſumuntur hoc ordine: Feriâ II. & V. de I. Nocturno; Feriâ III. & VI. de II. Nocturno; Feriâ IV. & Sabbato de III. Nocturno. Vide Part. I. Cap. III. n. 5.

7. In Reſponſoriis tres partes diſtingui ſolent, quarum prima Initium, ſecunda Reclamatio, tertia Verſus dicitur. Reclamatio diſtinguitur ab initio per aſteriſcum *

& habet aliquandò di
quæ ſignatur hâc no
Reclamatio autem p
ſum, ſemper integra r

8. Præterea poſt V
Reclamationem addit
Patri. ad ultimum
Nocturni Reſponſoriu
Reſponſorium I. Veſp
in Duplicibus II. Claſſ
prà: (præterquàm i
Defunctorum, in Com
B. M. V. & in omni C
Tempore à Dominica
ad Paſcha), & poſ
Patri. iterùm repetitu
matio, vel, ſi diviſio
beat, ejus ultima pa

9. In Annualibus,
ſponſorium poſt Capi
Veſperarum & ad
& viij. Matutini R
rium, poſt *Gloria Patr*
ſâ, quæ ſequi deberet
matione, reſumitur
ſorium uſque ad Ver
cluſivè. In Duplicibu
I. Claſſis eadem fit re
Reſponſorii ad Reſpo
I. Veſperarum & ad
Matutini.

10. In Dominicis
nis & Palmarum,
cio Compaſſionis, &
nibus Feriis hujus T
uſque ad Paſcha, no
Gloria Patri. in ultim
tini Reſponſorio; ſe
Reclamationem quæ
ſequitur, fit ſtatim
ptio. At in Dominici
riis Adventûs, & in D
& Feriis à Septuageſin
ad Dominicam Paſſi
cluſivè, ut & in aliis
etſi non dicatur *Te De*

reſumitur ultimum Matutini Reſponſorium, ſed tantùm Reclamatio.

11. Tempore Paſchali, poſt Reclamationem adduntur duo *Alleluia*. In Annualibus ad utrumque Nocturni Reſponſorium, in Duplicibus autem I. Claſſ. ad ultimum duntaxat, fit integra Reſumptio Reſponſorii.

CAPUT X.

De Cantico Te Deum.

1. IN omni Feſto Simplici & ſuprà, & intra quamcumque Octavam, per annum, ac in Officio de B. M. in Sabbato, ac per omne Tempus Paſchale, poſt ultimam Lectionem dicitur immediatè *Te Deum*, exceptis Dominicis Adventûs, & à Dominica in Septuageſima uſque ad Paſcha, nec non Feſto Compaſſionis Beatæ Mariæ, cujus Officium eſt Quadrageſimale, ac, ipſo Tempore Paſchali, Feriâ II. Rogationum.

2. Quandò non dicitur *Te Deum*, ſemper additur Reſponſorium poſt ultimam Lectionem Matutini.

CAPUT XI.

De Collecta, ſeu Oratione.

1. ORatio ad Matutinum, ſi Laudes non ſequuntur, dicitur poſt Canticum *Te Deum*; vel, ſi non dicitur *Te Deum*, poſt ultimum Reſponſorium: In Laudibus & Veſperis, poſt Antiphonas ad *Benedictus* & ad *Magnificat*, niſi quandò dicendæ ſunt Preces, quæ dicuntur poſt Antiphonam, &, in fine illarum, Oratio: Ad Horas diei, poſt Verſiculum qui Reſponſorium breve ſequitur, niſi dicendæ ſint Preces; tunc enim Oratio dicitur poſt ultimum Verſiculum Precum: ad Primam & Completorium, poſt Preces, niſi aliter notetur.

2. Ad Primam & Completorium, non mutatur Oratio quæ habetur in Pſalterio, præterquàm in triduo ante Paſcha, & die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum. In aliis Horis dicitur Oratio quæ aſſignatur in Proprio.

3. Oratio Dominicæ præcedentis ſemper dicitur in Officio Feriali per Hebdomadam, quandò propria non aſſignatur.

4. In Quadrageſima, Quatuor Temporibus, & Feriis Rogationum, Oratio quæ dicta eſt in Laudibus, dicitur tantùm ad Tertiam, Sextam & Nonam. In Veſperis autem ſequentibus, quandò fit de Feria, dicitur, vel alia Oratio propria, ut in Quadrageſima, vel Oratio Dominicæ præcedentis, ut in aliis Feriis.

5. Ante Orationem dicitur *Dominus vobiſcum*. non tamen ab eo qui ſolus recitat, nec ab eo qui non eſt ſaltèm in ordine Diaconatûs, nec à Diacono, præſente Sacerdote, niſi de illius licentia, nec à Monialibus etiam conſecratis; ſed ab iis omnibus ejus loco dicitur, *Domine, exaudi*. deinde *Oremus*. In fine Orationis, poſtquàm reſponſum fuerit *Amen*. ſi non ſunt plures dicendæ Orationes, ratione Commemorationum, repetitur *Dominus vobiſcum*. vel *Domine, ex-*

audi. &c. poſteà *Benedicamus*. & reſpondetur, *Deo gratias*. Si autem faciendæ ſint Commemorationes, tunc poſt primam Orationem quæ terminatur ſub majori concluſione, non ſubjungitur *Dominus vobiſcum*. ſed dicuntur Antiphona, Verſiculus & Oratio Commemorationis; &, poſt ultimam tantùm Orationem, repetitur *Dominus vobiſcum*. vel *Domine, exaudi*. & *Benedicamus Domino*. & ſtatìm ſecretò *Fidelium animæ*. ſi aliud Officium non ſequatur. Ad Primam non dicitur, etſi ſæpiùs immediatè non ſequitur Tertia, ſi ſaltèm Officium Capituli ſequitur: ſimiliter nec poſt aliam Horam quamcumque cui ſubjiciuntur, vel Officium parvum B. M. V. vel Officium Defunctorum, vel Pſalmi Pœnitentiales, aut Statio, aut Proceſſio, aut Miſſa, aut Concio, aut Pſalmus, ſive Canticum pro Rege, aut pro aliqua neceſſitate, aut aliud ejuſmodi.

6. Quandò plures Orationes dicendæ ſunt, prima tantùm & ultima dicuntur cum magna concluſione *Per Dominum noſtrum*, &c. vel aliter, ut infrà. Intermediæ autem ſic concluduntur: *Per Chriſtum Dominum noſtrum*. ℟. *Amen*. vel: *Per eumdem*. &c. vel: *Qui vivis & regnas, Deus*. ℟. *Amen*. vel *Qui tecum vivit & regnat Deus*. ℟. *Amen*.

7. Quandò Oratio dirigitur ad Patrem, ſic concluditur: *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti. Deus, per* [*om*]*nia ſecula ſeculorum*. ℟. *A*[*men*]. Si ad Filium; *Qui vivi*[*s &*] *regnas cum Deo Patre in un*[*itate*] *Spiritûs Sancti Deus, per* [*om*]*nia ſecula ſeculorum*. ℟. *A*[*men*]. Si in principio, vel ſerie [*Ora*]tionis fiat mentio Filii, [di]citur: *Per eumdem Domin*[*um*] &c. Si, in fine Orationis, [di]citur: *Qui tecum vivit & [re]gnat in unitate*, &c. Si fiat m[en]tio Spiritûs Sancti, dicitur [*in*] *unitate ejuſdem Spiritûs Sa*[*ncti*] *Deus*, &c. In Orationibus [pro] Defunctis, niſi aliter notet[ur], dicitur: *Per eum qui ventu*[*rus*] *eſt judicare vivos & mortuo*[*s &*] *ſeculum per ignem*. ℟. *Am*[*en*].

8. Unicuique Orationi [præ]mittitur *Oremus* & levis pau[ſa], præterquàm in Officio Def[un]ctorum & in Litaniis, c[um] plures Orationes dicuntur c[on]junctìm ſub uno *Oremus*.

CAPUT XII.

De Oratione Dominica, Sa[lu]tatione Angelica, & S[ym]bolo Apoſtolorum.

1. ORatio Dominica, *Pa*[*ter*]. Salutatio Angeli[ca] *Ave*. & Symbolum Apoſt[olo]rum, *Credo*. dicuntur inte[grè] ſecretò ante Matutinum [&] ante Primam, niſi Prima [ſub]jungatur Laudibus, & [post] Completorium.

2. *Pater*. *Ave*. dicun[tur] ante Laudes, ſi ſeparentu[r à] Matutino, ante omnes & [cæ]teras Horas, quotiès una n[on] jungitur alteri præcedenti.

3. Salutatio Angelica, *A*[*ve*] ſola dicitur ante Officium p[ar]vum B. M. V. quandò [non] jungitur Officio Canonico.

4. *Pater*, & *Credo*. dicuntur ad Preces Primæ & Completorii. Solus autem *Pater*. dicitur poſt Verſiculum cujuſque Nocturni, in Precibus ad Laudes, ad Officium Capituli, in Precibus Tertiæ, Sextæ & Nonæ; & tunc *Pater* dicitur totum ſecretò uſque ad *Et ne nos*, &c. quod altâ voce profertur, (præterquàm in triduo ante Paſcha, quo tempore dicitur totum ſecretò); & Symbolum *Credo* dicitur totum ſecretò uſque ad hæc verba: *Carnis reſurrectionem*, quæ altâ voce proferuntur.

5. In fine uniuſcujuſque Horæ, niſi aliud Officium ſequatur, dicto ſubmiſſiori voce, *Fidelium*, dicitur etiam ſecretò *Pater*.

CAPUT XIII.

De Capitulis & Canone.

1. Capitula dicuntur ad Veſperas, Laudes & alias Horas poſt Antiphonam quæ ſequitur Pſalmum ultimum; ad Completorium verò, poſt Hymnum. Ad omne Capitulum reſpondetur *Deo gratias*.

2. Nullum legitur Capitulum in toto Officio à Veſperis Feriæ IV. majoris Hebdomadæ incluſivè ad Nonam Sabbati in Albis incluſivè, neque in Officio Defunctorum.

3. Capitula Primæ & Completorii dicuntur ſemper ut in Pſalterio.

4. Ad Primam, in fine Officii Capituli, legitur Canon occurrens quâlibet die, niſi alius aſſignetur pro quibuſdam Feſtis in Proprio. Non dicitur Canon in triduo ante Paſcha.

5. Si dimittantur aliquæ Lectiones Scripturæ, ut alius Liber Scripturæ inchoetur, (ſicut interdùm accidit intra Octavam Epiphaniæ) omittuntur etiam Canones notati pro diebus quorum Scriptura dimittitur, & ſumuntur Canones relativi Scripturæ quæ tunc incipit.

CAPUT XIV.

De Reſponſoriis brevibus.

1. Reſponſoria brevia dicuntur poſt Capitulum ad Horas minores tantùm; id eſt Primam, Tertiam, Sextam, Nonam & Completorium, præterquàm à Completorio Feriæ, IV. majoris hebdomadæ uſque ad Dominicam in Albis excluſivè, & in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, quibus diebus non dicuntur.

2. In Dominicis & Feriis per annum dicuntur ut in Pſalterio. In Adventu, Quadrageſimâ, Tempore Paſſionis & Paſchali, mutantur Capitula, atque etiam Reſponſoria brevia, & dicuntur ut in propriis locis notantur. In Feſtis, ſi Propria deſint, dicuntur ut in Communi Sanctorum.

3. A Dominica Paſſionis uſque ad Paſcha, in Reſponſoriis tàm brevibus, quàm prolixis Officii cujuſcumque de Tempore, *Gloria Patri*. non dicitur; ſed, poſt Verſum & ejus Reclamationem, repetitur ab initio Reſponſorium breve uſque ad Verſum.

4. In Reſponſorio brevi ad Primam, *Chriſte*. ℣. *Qui ſedes*. qui dicitur per annum,

mutatur aliquandò in Officio, ſive de Tempore, ſive de Sanctis.

5. In omnibus Feſtis Duplicibus II. Claſſis & ſuprà, (præterquàm à Septuageſima ad Paſcha,) & toto Tempore Paſchali, ut & intra quaſcumque Octavas, in fine Reſponſoriorum brevium Tertiæ, Sextæ & Nonæ ante Verſum dicuntur duo *Alleluia*. quæ etiam poſt dictum Verſum, pro Reclamatione repetuntur.

6. Reſponſoria brevia Primæ & Completorii nunquàm mutantur, nec iis unquàm additur *Alleluia*, niſi ſolo Tempore Paſchali.

7. Ad Verſiculum qui poſt *Gloria Patri*. & repetitionem integram cujuſcumque Reſponſorii brevis ſubjicitur, nunquàm dicitur *Alleluia*. nec ad reſponſionem ejus, etiam Tempore Paſchali.

CAPUT XV.

De Precibus.

1. PReces conſtant aliquot Verſiculis, modò pluribus, modò paucioribus, qui, pro dierum & Horarum diverſiate, dicuntur ante Orationem, præmiſſis *Kyrie, eleiſon*. & *Pater noſter*. cui additur *Credo*. ad Primam & ad Completorium.

2. Preces illæ non dicuntur in Semiduplicibus quibuſcumque & ſuprà, nec à Vigilia Natalis Domini incluſivè ad Octavam Epiphaniæ, nec à Veſperis Feriæ IV majoris Hebdomadæ incluſivè ad Dominicam in Albis, nec ab Aſcenſione ad Trinitatem, nec intra quaſcumque Octavas, nec fiat de aliqua Vigilia, ut dictum eſt Part. I. Cap. VI. n. 5.

3. Preces Feriales ad Laudes & Horas diei dicuntur in Feriis Adventûs, Quadrageſimæ, & Quatuor Temporum, exceptis Quatuor Temporibus Pentecoſtes; ac etiam in Vigiliis, exceptis majoribus, de quibus dictum eſt Part. I. Cap. II. n. 4.

4. Dicuntur etiam ad Veſperas & Completorium in Feriis Adventûs, Quadrageſimæ, & Quatuor Temporum, dummodò Veſperæ ſint de Feria, præterquàm in iſtis Feriis Adventûs in quibus dicuntur Antiphonæ *O*.

5. Quotieſcumquè ad Laudes & ad Veſperas Preces dictæ ſunt, tunc Preces ad Primam & ceteras Horas dicuntur flexis genibus. Preces verò conſuetæ, quæ dicuntur ad Primam & Completorium tantùm in Feriis & Feſtis Simplicibus, non dicuntur flexis genibus; neque omninò dicuntur ad Completorium in ultimis Feriis Adventûs in quibus dicuntur Antiphonæ *O*.

6. Quandò dicuntur Preces flexis genibus, ceteris genua flectentibus, & converſis ad Altare, Celebrans ſolus genua flectit converſus ad chorum, & incipit *Kyrie*. & in eodem ritu cetera proſequitur uſque ad *Dominus vobiſcum*.

7. In Precibus Laudum & Veſperarum, ad Verſiculos, *Oremus pro ſummo Pontifice noſtro* N. *pro Antiſtite noſtro* N.

e *noſtro* N. addit no-
ıpæ, Epiſcopi, & Re-

d Verſum *Dominus vo-*
ſurgit & elevat vocem,
.unciat Orationem, ce-
que ad finem Orationis
ntibus genu flexis &
ıre converſis.

:APUT XVI.

De Suffragiis.

Uffragia, ſeu Comme-
morationes communes
:ruce, de Beata, & de
&c. quæ habentur poſt
ium, dicuntur in fine
n & Veſperarum eo ritu
quitur.
ı die II. Januarii ad
:tationem Domini, fit
ommemoratio de B. V.
â, ut habetur in Pro-
aliæ verò Commemora
omittuntur. Hæc autem
emoratio fit quotidiè,
is Feſto & Octavâ integrâ
ıniæ, aliiſve Octavis,
occurrerint, exceptis
Feſtis Duplicibus III.
, & Sabbatis in quibus
içium de Beata.
ı Præſentatione Domini
iam IV. Cinerum exclu-
& à Dominica SS. Tri-
ad Adventum etiam ex-
, dicuntur in omnibus
omnes Commemoratio-
ommunes; & in Feſtis
cibus omittitur ſola
.emoratio de S. Cruce:
omittuntur omnes illæ
.emorationes, quandò
die intra Octavam IV.
s.
ı Dominica in Albis ad
Aſcenſionem, in Feriis fit ſola
memoria de S. Cruce, proùt
habetur in Proprio de Tempore
poſt Dominicam in Albis.

5. Commemoratio de Beata, poſita in Pſalterio, non fit ubi ejus parvum Officium dicitur.

6. Si dicatur autem Officium parvum B. M. poſt Laudes & Veſperas diei, fit tantùm Commemoratio de S. Cruce: aliæ Commemorationes communes fiunt poſt Laudes & Veſperas Officii parvi.

7. Commemoratio de S. Eligio Diœceſis Patrono, fit poſt Commemorationem de Beata; poſteà fit Commemoratio de Patrono Eccleſiæ propriæ. Quòd ſi Eccleſia ſit dedicata ſub titulo SS. Trinitatis aut alicujus è Perſonis Divinis, tunc fit ante Commemorationem S. Crucis: ſi autem ſub titulo alicujus ex Myſteriis Chriſti Domini, fit de iis quæ Paſſionem ejus præceſſerunt, ante Commemorationem Crucis; poſt ipſam verò, de iis quæ ſubſecuta ſunt.

8. Si facienda ſit Commemoratio alicujus Feſti occurrentis, fit ante ipſa Suffragia, etiam ante Commemorationem de S. Cruce.

CAPUT XVII.

De Officio parvo B. M. V. & Antiphonis de eadem in fine Horarum.

1. OFficium parvum B. M. quandò & quomodò dici debeat, habentur Rubricæ propriæ ſuo loco, in fine Breviarii. Vide *ſuprà* Cap. XVI. n. 6. hujus Part. III.

2. Antiphonæ autem de eadem, poſitæ ad calcem Pſalterii, vel in fine Proprii Feriarum Temporis poſt Completorium, variantur pro diverſitate Temporis, ut ibidem annotatur; & dicuntur tàm in Choro quàm extra Chorum, in fine Laudum, aut ſubſequentis Horæ, quæ non ſeparatur à Laudibus, & in fine Completorii, exeepto triduo ante Paſcha, & Officio Fidelium Defunctorum.

CAPUT XVIII.

De Pſalmis Pœnitentialibus, & aliis uſque ad finem Breviarii.

1. PSalmi Pœnitentiales cum Litaniis Sanctorum dicuntur in Choro flexis genibus, (in Cathedrali, dicuntur in Statione) poſt Tertiam, in omnibus Feriis VI Quadrageſimæ, ſi fiat de Feria, exceptâ Hebdomadâ Paſſionis, in qua dicuntur Feriâ IV. extra Chorum dicuntur ad devotionem. Dicuntur etiam in Choro, Feriâ IV. Cinerum & Feriâ V. in Cœna Domini, ut habetur in Miſſali. Sed & extra Chorum, Litaniæ Sanctorum cum ſuis Precibus & Orationibus dicuntur flexis genibus in Feſto S. Marci, & in triduo Rogationum poſt Laudes ab iis qui non interſunt illorum dierum Proceſſionibus.

2. De Officio Defunctorum, & Commendationibus, & Benedictione Menſæ, ac Itinerario, habentur ſuis locis propriæ Rubricæ, circa finem Breviarii.

CAPUT XIX.

De Ordinando Officio Feſti Patroni & aliorum Feſtorum localium in unaquaque Eccleſia.

1. FEſtum principale Patroni primarii in propria Eccleſia, vel Sancti Titularis, ritu Annuali, &, quantùm fieri poteſt, cum Octava III. ordinis debet celebrari. Feſtum autem Patroni minùs principalis, ubi habetur, fit ritu Duplici II. Claſſis.

2. Regulariter autem celebratur eâ die quæ aſſignatur in Calendario, niſi occurrat in diebus privilegiatis, juxta ea quæ dicta ſunt Part. I. Cap. X. & XI.

3. Officium autem Patroni, ſeu Titularis, ſumitur de Communi SS. pro qualitate & conditione Titularis, ſi non habeatur proprium Officium in Breviario, aut aliud à RR. DD. Epiſcopo ritè approbatum.

4. In I. Veſperis, & Completorio ſubſequente, Pſalmi de Feria. Poſt Capitulum I. Veſperarum, Reſponſorium ritu Annuali. Antiphona duplicatur ad *Magnificat.* Ad Completorium & ad *Nunc dimittis.* Antiphonæ, ut in Annualibus.

5. Ad Matutinum & ceteras Horas diei, Pſalmi de Dominica, niſi ſpeciales aſſignentur; Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente, niſi propriæ deſignentur; Lectiones II. Nocturni, de Proprio, ſi tres habeantur, aut ſi quæ in Proprio habentur, in tres commodè dividi poſſint; ſe-

ſi unica ſit, quæ non poſſit
.i, dicitur pro iv. Lectio-
& pro v. & vj. ſumentur
ones de Communi. Si au-
nulla ſit in Proprio, tres
iones II. Nocturni deſu-
tur è Communi conve-
te; & ſic de Lectionibus
Noct. ℟℟. j. iij. vj. & viij.
ntur ritu Annuali ut di-
n eſt P. I. Cap. V. Sect. VI.
. Ad Laudes, Canticum
i: duplicatur Antiphona
Benedict. Ad Primam, non
tur Symbolum *Quicumque.*
on, niſi proprius aſſigne-
, ut habetur pro Patronis
calcem Communis, poſt
iones intra Octavam Pa-
i. Ad Horas, adduntur
brev. duo *Alleluia.* ſi per
pus liceat. Ad II. Veſperas
iphona duplicatur ad *Ma-
icat.* Ad Completorium &
Nunc dimittis. Antiphonæ,
n Annualibus.

. Diebus intra Octavam fit
iduplex. Omnia ut in Die
o, exceptis quæ ſequun-
. Ad Matutinum & in toto
icio, Pſalmi de Feria. An-
ionæ, Verſiculi & Reſpon-
ia ex uno de Nocturnis Diei
ndùm Feriam. Lectio j. de
iptura occurrente, tribus
nam junctis; Lectio ij. &
ut notantur pro qualibet
, pro diebus intra Octavam
roni. Ad Laudes, Canticum
n die Feſto; Antiphona uni-
, eaque quarta de Laudibus
i. Ad Tertiam, Sextam,
Nonam, in ℟℟. brev. ad-
ntur duo *Alleluia.* ſi per
npus liceat. Ad Veſperas,
itiphona unica, eaque pri-
ma de II. Veſperis Diei. Ad Completorium & ad *Nunc dimittis* Antiphonæ ut in Die.

Dominicâ intra Octavam, vel ipſâ Die Octavâ occurrente, fit Officium de Dominica, ut in Pſalterio, incipiendo à I. Veſperis Sabbati, cum Commemoratione de Octava in utriſque Veſperis & Laudibus: & ad Matutinum pro ix. Lectione legitur Evangelium Diei Octavæ cum Homilia, ſi habeatur in Proprio Evangelium diverſum ab Evangelio Feſti.

Ipſâ autem Die Octavâ, ſi non ſit Dominica, fit Duplex, & omnia, ut in Die Feſto, (ſervato ritu Duplici,) præter Pſalmos qui ſunt de Feria, & Lectiones quæ in I. Nocturno ſunt de Scriptura occurrente. Dicuntur autem in II. & III. Nocturno Lectiones appoſitæ ad calcem Communis, niſi adſint propriæ.

8. Si per Diœceſim contingat celebrari aliquod Feſtum trium vel novem Lectionum, quod proprio Officio careat, ejus Officium ordinabitur juxta Rubricas generales, & quæcumque deeſſent in Proprio, ſumentur in Communi conveniente.

9. Tempore Paſchali, ſervantur Rubricæ propriæ hujus Temporis. Invitatorio & ſingulis Antiphonis additur ſemel *Alleluia.* bis autem, in ℟. I. Veſperarum, & in ℟℟. Nocturni, ut & ad Horas in ℟℟. brev. Ad Nocturnum tres Antiphonæ, & Lectiones totidem, quarum j. de Scriptura occurrente, ij. de Proprio,

gationum, aut in Die aliqua vel de Communi, ut dictum eſt ſuprà; iij. de Homilia in Evangelium. Si autem Feſtum Patroni incidat in Diem Dominicam, aut unam è Feriis Ro-

Octava, habente Evangel[ium] proprium, fiet ut dictum Part. I. Cap. X. n. 12.

10. Tempore Quadra[geſi]mæ, fiet ut ordinatur liij. hujuſce Partis Vern[æ]

SERIES TITULORUM

Sub quibus ordinantur CANONES *Conciliorum diſtrib[uti] in hac parte Vernâ Breviarii.*

1. DE Jejunio, & obſervantiâ Quadrageſimali : *à Feria IV. Cinerum ad Dominicam I. Quadrageſimæ.*

2. De Sacramento Pœnitentiæ, ejuſque partibus : de Officio & dotibus Confeſſariorum; necnon de caſibus reſervatis. *A Dominica I. Quadrageſimæ ad Dominicam Palmarum.*

3. De Communione Paſchali, & Sancto Euchariſtiæ uſu : *à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis.*

4. De mediis ad obtinendam Statûs Clericalis perfectionem; ubì de Oratione, Sacramentorum frequentatione, ſanctis & piis Lectionibus & exercitiis : *à Feria II. poſt Dominicam in Albis ad Dominicam III. poſt Paſcha.*

5. De Scientia Clericis neceſſariâ, & ſancto temporis uſu : *à Dominica III. poſt Paſcha ad Dominicam V.*

6. De Rogationibus, & Litaniis : *à Dominica V. poſt Paſcha ad Aſcenſionem.*

7. De Sacramento Baptiſmi, Patrinis, & Baptizatorum obligationibus : *à craſtino Aſcenſionis ad ejus Diem Octavam.*

8. De Sacramento Confirmationis : *à Feria VI. poſt Octavam Aſcenſionis ad Feſtum SS. Trinitatis.*

In hac ſerie non comprehenduntur Feſta & Solemnitates quæ proprios habent Canones ratione peculiaris ritûs, aut diſciplinæ prædictis Solemnitatibus congruentis.

PRECES ANTE OFFICIUM.

Peri, Dómine, os meum ad benedicennomen ſanctum tuum: nda quoque cor meum ómnibus vanis, perver- & aliénis cogitatióni-s: intellectum illúmina, fectum inflamma, ut dinè, attentè & devótè, hoc fficium recitáre váleam, & exaudíri mérear ante conſpectum divínæ majeſtátis tuæ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

DOmine Jeſu Chriſte, in unióne illíus divínæ intentiónis, quâ ipſe in terris laudes Deo Patri perſolviſti, has tibi Horas persólvere intendo.

PRECES POST OFFICIUM.

[*Orationem ſequentem iè poſt Officium recitantius, Leo, Papa decimus, efectus & culpas in eo perlvendo ex humana fragitate contractas indulſit*].

Acro-ſanctæ & indivíduæ Trinitáti, Cruci-xi Dómini noſtri Jeſu hriſti humanitáti, beaiſſimæ, & glorioſíſſimæ, empérque Vírginis Maíæ fœcundæ integritáti, & ómnium Sanctórum univerſitáti, ſit ſempiterna laus, honor, virtus & glória ab omni creatúra, nobíſque remíſſio ómnium peccatórum, per infiníta ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Beáta víſcera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt æterni Patris Filium;

℟. Et beáta úbera quæ lactavérunt Chriſtum Dóminum.

Pater, Ave.

TABULA

Romæ edita, Typis Rever. Cameræ Apoſtolicæ, & ad Horas Horologii Gallici accommodata.

DE HORA

Quâ poteſt inchoari pro die ſequenti Matutinum Officium à privatìm recitantibus.

10	Januarii,	horâ ſecundâ cum quadrante.
13	Februarii,	horâ ſeſqui-ſecundâ.
1	Martii,	horâ ſecundâ cum tribus quadrant.
18	Martii,	horâ tertiâ.
4	Aprilis,	horâ tertiâ cum quadrante.
20	Aprilis,	horâ ſeſqui-tertiâ.
10	Maii,	horâ tertiâ cum tribus quadrant.
8	Junii,	horâ quartâ.
30	Julii,	horâ tertiâ cum tribus quadrant.
28	Auguſti,	horâ ſeſqui-tertiâ.
7	Septembris,	horâ tertiâ cum quadrante.
24	Septembris,	horâ tertiâ.
13	Octobris,	horâ ſecundâ cum tribus quadrant.
20	Octobris,	horâ ſeſqui-ſecundâ.
18	Novembris,	horâ ſecundâ cum quadrante.
15	Decembris,	horâ ſecundâ.

ALTERIUM

)ISPOSITUM

HEBDOMADAM.

NICA AD MATUTINUM.

Ante Matutinum dicitur ſecretò:

oſter, qui es in
ınctificétur no-
: advéniat re-
ı: fiat voluntas
cœlo & in ter-
noſtrum quoti-
nobis hódie: &
bis débita no-
& nos dimítti-
:ibus noſtris: &
cas in tentatió-
bera nos à ma-

ıría, grátiâ ple-
ɔminus tecum:
:u in mulíeri-
ːdictus fructus
Jeſus.
Aaría, mater
'o nobis pecca-
nc, & in hora
tæ. Amen.
n Deum, Pa-
nnipotentem,
œli & terræ: &
'na.

in Jeſum Chriſtum Fílium ejus únicum, Dóminum noſtrum: qui conceptus eſt de Spíritu ſancto, natus ex María Vírgine: paſſus ſub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus & ſepultus: deſcendit ad ínferos; tértiâ die reſurrexit à mórtuis; aſcendit ad cœlos; ſedet ad déxteram Dei Patris omnipotentis: inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum ſanctum, ſanctam Eccléſiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam æternam. Amen.

Deinde altâ voce dicitur:

DOmine, lábia mea apéries; ℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam. *Pſ.* 50.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℞. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto; ſicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen.

In Quadrageſima additur Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ glóriæ. *Tempore Paſchali, loco* Laus tibi, Dómine, &c. *dicitur* Allelúia. *Et ſic deinceps ad quamlibet Horam.*

Invitatorium ut in Proprio.

Pſalmus 94.

VEníte, exultémus Dómino; jubilémus Deo ſalutári noſtro. Præoccupémus fáciem ejus in confeſſióne, & in pſalmis jubilémus ei.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & Rex magnus ſuper omnes Deos: quóniam non repellet Dóminus plebem ſuam: quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipſe cónſpicit.

Quóniam ipſíus eſt mare, & ipſe fecit illud; & áridam fundavérunt manus ejus. Veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos; quia ipſe eſt Dóminus

Deus noſter
pópulus eju
cuæ ejus.

Hódie ſi v
diéritis, no
corda veſtra
cerbatióne,
tentatiónis i
tentavérunt
ſtri, probav
runt ópera n

Quadragin
ximus fui
huic, & dixi
errant corde;
cognovérunt
quibus juráv
Si introíbunt
meam.

Glória Pa
& Spirítui ſ
erat in princí
& ſemper, &
culórum. An

Hymnus u
Tempore
cum dicitur
ut in Proprio.

In Quadr
cium ſit ut ſe

I N I. NOC

Ant. 4. E.
ctus.

In Pſalmi
aſteriſcus hic
diationem &

Pſaln

BEátus vir
in consíli
& in via pec
ſtetit, * &

ıtiæ non ſedit :
n lege Dómini vo-
ejus, * & in lege
ıeditábitur die ac

it tanquam lignum
ılantátum eſt ſecùs
us aquárum;* quod
n ſuum dabit in
re ſuo;
ólium ejus non dé-
* & ómnia quæ-
e fáciet, proſpe-
ur.
ſic ímpii , non
ed tanquam pulvis
prójicit ventus à
erræ.
non reſurgent ím-
judício , * neque
óres in concílio ju-
.
niam novit Dómi-
am juſtórum , * &
ipiórum períbit.
ia Patri, & Fílio, *
ítui ſancto;
: erat in princípio,
, & ſemper, * & in
ſeculórum. Amen.
℟. Glória & Sicut
licuntur in fine Pſal-
, Diviſionum &
orum, niſi aliter no-

Pſalmus 2.
are fremuéruntgen-
es; * & pópuli me-
ſunt inánia?
térunt reges terræ,
ıcipes convenérunt
m, * adversùs Dó-
minum & adversùs Chri-
ſtum ejus.
Dirumpámus víncula eó-
rum, * & projiciámus à
nobis jugum ipſórum.
Qui hábitat in cœlis,
irridébit eos; * & Dó-
minus ſubſannábit eos.
Tunc loquétur ad eos
in ira ſua; * & in furóre
ſuo conturbábit eos.
Ego autem conſtitú-
tus ſum rex ab eo ſuper
Sion montem ſanctum
ejus, * prædicans præ-
ceptum ejus.
Dóminus dixit ad me: *
Fílius meus es tu; ego hó-
die génui te.
Póſtula à me, & dabo
tibi gentes hæreditátem
tuam; * & poſſeſſiónem
tuam términos terræ.
Reges eos in virga fér-
rea, * & tanquam vas fi-
guli confringes eos.
Et nunc, reges, intel-
lígite: * erudímini, qui
judicátis terram.
Servíte Dómino in ti-
móre , * & exultáte ei
cum tremóre.
Apprehéndite diſciplí-
nam, nequando iraſcátur
Dóminus, * & pereátis de
via juſta.
Cùm exárſerit in brevi
ira ejus, * beáti omnes
qui confídunt in eo.

Pſalmus 3.

DOmine, quid multi-
plicáti ſunt qui trí-

bulant me ? * multi inſurgunt adversùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ : * Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem , Dómine , ſuſceptor meus es : * glória mea , & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi , * & exaudívit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormívi , & ſoporátus ſum ; * & exurrexi , quia Dóminus ſuſcépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdantis me : * exurge , Dómine ; ſalvum me fac , Deus meus.

Quóniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa , * dentes peccatórum contriviſti.

Dómini eſt ſalus ; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Ant. Non eſt ſanctus ut eſt Dóminus : & non eſt fortis ſicut Deus noſter. *I. Reg.* 2.

In Quadrageſima , ℣. Juxta eſt Dóminus iis qui tribuláto ſunt corde , ℟. Et húmiles ſpíritu ſalvábit. *Pſ.* 33.

Tempore Paſſionis , ℣. Eripe me de manu inimicórum meórum , ℟. Et à perſequéntibus me. *Pſal.* 30.

Poſt Verſiculum cujuſli-

bet Nocturni
tò Pater noſt
Altâ voce
nos indúcas
nem ; ℟. Se
à malo.

Abſolution
ctiones haben
terium.

Lectiones
ſoriis habent
vel Tempori
ctorum.

Quæ omni
in ſingulis N
aliter notetu

IN II. NOC

Ant. 6. F

Pſalm

DIligam t
fortitúd
minus firman
& refúgium
berátor meu

Deus n
meus,* & ſp

Protector n
ſalútis meæ,
meus.

Laudans i
minum , * &
meis ſalvus

Circumded
lóres mortis
tes iniquitát
vérunt me.

Dolóres in
dedérunt me
pavérunt m
tis.

In tribula
vocávi Dóm

Deum meum clamávi. Et exaudívit de templo ſancto ſuo vocem meam; * & clamor meus in conſpectu ejus introívit in aures ejus.

Commóta eſt & contrémuit terra : * fundamenta móntium conturbáta ſunt, & commóta ſunt, quóniam irátus eſt eis.

Aſcendit fumus in ira ejus, & ignis à fácie ejus exarſit : * carbónes ſuccenſi ſunt ab eo.

Inclinávit cœlos, & deſcendit : * & calígo ſub pédibus ejus.

Et aſcendit ſuper Chérubim, & volávit : * volávit ſuper pennas ventórum.

Et póſuit ténebras latíbulum ſuum : in circúitu ejus tabernáculum ejus; * tenebróſa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conſpectu ejus nubes tranſiérunt : * grando & carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, & Altíſſimus dedit vocem ſuam : * grando & carbónes ignis.

Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipávit eos : * fúlgura multiplicávit, & conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * & reveláta ſunt fundamenta orbis terrárum,

Ab increpatióne tua, Dómine, * ab inſpiratióne ſpíritûs iræ tuæ.

Diviſio Pſalmi 17.

MIſit de ſummo [Dóminus,] & accépit me, * & aſſumpſit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíſſimis, & ab iis qui odérunt me; * quóniam confortáti ſunt ſuper me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ; * & factus eſt Dóminus protector meus.

Et eduxit me in latitúdinem : * ſalvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecundùm juſtítiam meam; * & ſecundùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi.

Quia cuſtodívi vias Dómini, * nec ímpiè geſſi à Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conſpectu meo, * & juſtítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo, * & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecundùm juſtítiam meam, * & ſecundùm puritátem mánuum meárum in conſpectu oculórũ ejus.

Cum ſancto ſanctus eris, * & cum viro innocente innocens eris.

Et cum electo electus eris, * & cum perverſo pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem ſalvum fácies, * & óculos ſuperbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucernam meam, Dómine: * Deus meus, illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne: * & in Deo meo tranſgrédiar murum.

Altera diviſio Pſ. 17.

DEus meus, impollúta via ejus; elóquia Dómini igne examináta: * protector eſt ómnium ſperántium in ſe.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum noſtrum?

Deus qui præcinxit me virtúte, * & póſuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tanquam cervórum, * & ſuper excelſa ſtátuens me.

Qui docet manus meas ad prælium: * & poſuiſti ut arcum æreum bráchia mea.

Et dediſti mihi protectiónem ſalútis tuæ; * & déxtera tua ſuſcépit me.

Et diſciplína tua correxit me in finem, * & diſciplína tua ipſa me docébit.

Dilataſti greſſus meos ſubtùs me, * & non ſunt

infirmáta
Pérſequa
& compre
& non con
ficiant.
Confrin
póterunt
ſubtùs pe
Et præci
ad bellum
taſti inſu
ſubtùs me
Et inimí
mihi dorſ
tes me di
Clamavé
ſalvos fác
num, nec
Et com
púlverem
ti: * ut l
delébo eo
Erípies
dictiónibu
ſtítues me
tium.
Pópulus
gnóvi, ſe
in audítu
mihi.
Fílii ali
mihi: * fí
ráti ſunt, &
à ſémitis
Vivit D
nedictus I
exaltétur D
Deus, q
mihi, & ſu
me: * lib
inimícis n
Et ab i

:altábis me : * à viro
ɔ erípies me.
ɔtéreà confitébor tibi
iónibus, Dómine ; *
iini tuo pſalmum di-

ȝníficans ſalútes re-
s,& fáciens miſeri-
n Chriſto ſuo Da-
& sémini ejus uſque
lum.

Magnus Dóminus
& magna virtus
ſapiéntiæ ejus non
ıerus. *Pſal.* 146.
ıadrageſima, ℣. Dó-
Deus loquétur pa-
plebem ſuam, ℟.
s qui convertuntur
Pſ. 84.
ore Paſſionis, ℣. In
ctu tuo ſunt omnes
ulant me ; ℟. Im-
um expectávit cor
& miſériam. *Pſ.* 68.
noſter.

. NOCTURNO.

ſ. a. Dícite Deo.

Pſalmus 27.

:e, Dómine, cla-
bo : Deus meus, ne
me ; * nequando
me, & aſſimilábor
éntibus in lacum.
i, Dómine, vocem
tiónis meæ, dum
te, * dum extollo
meas ad templum
tuum.
ıul trahas me cum
:ibus ; * & cum

operántibus iniquitátem
ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum próximo ſuo ; * mala autem in córdibus eórum.

Da illis ſecundùm ópera eórum, * & ſecundùm nequítiam adinventiónum ipſórum.

Secundùm ópera mánuum eórum tríbue illis : * redde retributiónem eórum ipſis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, & in ópera mánuum ejus ; * déſtrues illos, & non ædificábis eos.

Benedictus Dóminus ; * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus & protector meus : * in ipſo ſperávit cor meum, & adjútus ſum.

Et reflóruit caro mea ; * & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis ſuæ, * & protector ſalvatiónum Chriſti ſui eſt.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ : * & rege eos, & extolle illos uſque in æternum.

Pſalmus 29.

EXaltábo te, Dómine, quóniam ſuſcepiſti me ; * nec delectaſti inimícos meos ſuper me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, * & ſanaſti me.

Dómine, eduxiſti ab inferno ánimam meam: * ſalvaſti me à deſcendéntibus in lacum.

Pſállite Dómino, ſancti ejus, * & confitémini memóriæ ſanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus, * & vita in voluntáte ejus.

Ad véſperum demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: * Non movébor in æternum.

Dómine, in voluntáte tua, * præſtitiſti decóri meo virtútem.

Avertiſti fáciem tuam à me, * & factus ſum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábo, * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in ſánguine meo, * dum deſcendo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & miſertus eſt meî: * Dóminus factus eſt adjútor meus.

Convertiſti planctum meum in gáudium mihi: * conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætítiâ;

Ut cantet tibi glória mea, & non compungar: * Dómine Deus meus, in æternum confitébor tibi.

Pſalmus 65.

JUbiláte Deo, omnis terra, pſalmum dícite nómini ejus, * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quàm terribília ſunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi: * pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis ſuper fílios hóminum.

Qui convertit mare in áridam, in flúmine pertranſíbunt pede: * ibi lætábimur in ipſo.

Qui dominátur in virtúte ſua in æternum; óculi ejus ſuper gentes reſpíciunt: * qui exáſperant, non exaltentur in ſemetipſis.

Benedícite, gentes, Deum noſtrum; * & auditam fácite vocem laudis ejus.

Qui póſuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probaſti nos, Deus, igne nos examinaſti, * ſicut examinátur argentum.

Induxiſti nos in lá-

, poſuiſti tribula-
in dorſo noſtro : *
iſti hómines ſuper
noſtra.
ısívimus per ignem
ım , * & eduxiſti
refrigérium.
ıíbo in domum tuam
ocauſtis : * reddam
ıta mea, quæ diſtin-
lábia mea;
cútum eſt os meum *
ıulatióne mea.
ocauſta medulláta
n tibi cum incenſo
n : * ófferam tibi
cum hircis.
úte, audíte, & nar-
omnes qui timétis
,* quanta fecit áni-
eæ.
ipſum ore meo cla-
, * & exaltávi ſub
. mea.
ıuitátem ſi aſpexi in
meo, * non exaú-
)óminus.
ıptéreà exaudívit
* & attendit voci
:atiónis meæ.
edictus Deus,* qui
amóvit oratiónem
, & miſericórdiam
â me.
:. Dícite Deo : Quàm
lia ſunt ópera tua,
ne !
Quadrageſima , ℣.
repellet Dóminus
m ſuam, ℞. Et hæ-
tem ſuam non dere-
:t. *Pſ.* 93.

Tempore Paſſionis , ℣. Laudans invocábo Dóminum, ℞. Et ab inimícis meis ſalvus ero. *Pſ.* 17.

Pater noſter.

Poſt nonam Lectionem dicitur Te Deum, *ſi dicendum ſit.*

TE Deum laudámus : * te Dóminum confitémur.

Te æternum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cœli & univerſæ poteſtátes;

Tibi Chérubim & Séraphim * inceſſábili voce proclámant :

Sanctus,
Sanctus,
Sanctus,
Dóminus * Deus Sábaoth.

Pleni ſunt cœli & terra * majeſtátis glóriæ tuæ.

Te glorióſus * Apoſtolórum chorus,

Te Prophetárum * laudábilis númerus,

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * ſancta confitétur Eccléſia,

Patrem * immenſæ majeſtátis;

Venerandum tuum verum * & únicum Fílium,

Sanctum quoque * paraclétum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Chriſte.

'em virtútem tuam &
am tuam.
óniam mélior eſt mi-
rdia tua ſuper vitas;
a mea laudábunt te.
benedícam te in vita
* & in nómine tuo
manus meas.
t ádipe & pinguédi-
eátur ánima mea, *
is exultatiónis lau-
os meum.
emor fui tuî ſuper
i meum, in matutí-
litábor in te; * quia
djútor meus.
velamento alárum
exultábo: adhæſit
mea poſt te; * me
t déxtera tua.
verò in vanum quæ-
ánimam meam: in-
it in inferióra ter-
tradentur in manus
, partes vúlpium

verò lætábitur in
laudabuntur omnes
ant in eo: * quia
tum eſt os loquén-
íqua.

Pſalmus 92.

minus regnávit, de-
rem indútus eſt: *
s eſt Dóminus forti-
m, & præcinxit ſe.
im firmávit orbem
* qui non commo-
r.
áta ſedes tua ex
* à ſéculo tu es.
avérunt flúmina,
Dómine; * elevavérunt flúmina vocem ſuam.

Elevavérunt flúmina fluctus ſuos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis: * domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Pſalmus 99.

Jubiláte Deo, omnis terra: * ſervíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpectu ejus * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus; * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, * introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus: in æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Canticum ut in Proprio.

Pſalmus 150.

Laudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus; * laudáte eum

ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ : * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Capitulum, Hymnus, Verſiculus & Antiphona ad Benedictus, *habentur in Proprio.*

Canticum Zachariæ. Luc. 1.

BEnedictus Dóminus Deus Iſraël; * quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ;

Et erexit cornu ſalútis nobis * in domo David púeri ſui :

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſéculo ſunt, Prophetárum ejus,

Salútem ex inimícis noſtris,* & de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciendam miſericórdiam cum pátribus noſtris, * & memorári teſtamenti ſui ſancti :

Jusjurandum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum, * datúrum ſe nobis;

Ut ſine timóre de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * ſerviámus illi,

In ſanctitáte &
coram ipſo, *
diébus noſtris.

Et tu, puer, I
Altíſſimi vocáberi
ibis enim ante fá
mini paráre vias e

Ad dandam ſ
ſalútis plebi ejus,
miſſiónem peccató
rum,

Per víſcera miſe
Dei noſtri, * in
viſitávit nos O
alto,

Illumináre his
ténebris & in umb
tis ſedent, * ad
dos pedes noſtros
pacis.

*Antiph. & Ora
Proprio.*

*Si qua Commemo
currit, fit ſtatim p
tionem diei, per
nam, Verſiculum
tionem, ut notatu
prio.*

*Poſt Commemor
aut, ſi plures ſint
timam dicitur :*

Dóminus vob
℟. Et cum ſpíritu
Benedicámus I
℟. Deo grátias.

*Tum, niſi ſub
aliud Officium, di
cretò :*

Fidélium ánim
miſericórdiam I
quieſcant in pace
℟. Amen.

Deinde, Pater noſter.

Poſteà, etiam extra Chorum, Antiphona de Beata, pro tempore, ut habetur ad calcem Pſalterii : ac tandem : Divínum auxílium máneat ſemper nobiſcum.

℟. Amen.

AD PRIMAM.

Pater, Ave, Credo, *ſecretò.*

Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

JAM lucis orto ſídere,
Deum precémur ſúpplices,
Præſens benigno lúmine
Noſtros ut actus dírigat.

NIL lingua peccet, nil manus;
Nil mens ináne cógitet.
In ore ſimplex véritas,
In corde regnet cáritas.

INCŒPTA dum fluet dies,
O Chriſte, ſis cuſtos vigil.
Da mente ſcire, quod doces;
Da corde, quod jubes, ſequi.

TU ſpes ſalútis; áctuum
Tu finis & primórdium.
Te, proſequámur, aúſpice,
Quæ, te favente, cœpimus.

Tempore Quadrageſimæ.

PRÆSTA, beáta Trínitas,
Concéde, ſimplex Unitas,
Ut fructuóſa ſint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

Tempore Paſſionis.

QUI nos creávit, laus Patri;
Qui nos redémit, Fílio;
Fovens redemptos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

Tempore Paſchali.

DA, Chriſte, tecum nos mori,
Tecum ſimul da súrgere,
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri; laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Antiphona ut in Proprio.

Pſalmus 117.

e. Glória. ℟.
Pſ. 24.
oſtri ad Dó-
m noſtrum,
iſereátur no-

cuntur flexis
ites
C E S.
iſon. Chriſte,
Kyrie, eléi-

tò uſque ad ℣.
lúcas in ten-
:. Sed líbera

e Deus virtú-
:e nos ; ℟. Et
m tuam, &
Pſ. 79.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos ; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam ; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio cujuſlibet Feriæ propria eſt poſt Ant. ad Bened. *eaque dicitur ad Sextam & Nonam.*

AD SEXTAM.

Pater. Ave. *ſecretò.*

Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

JAm ſolis aúreum jubar
Pleno coruſcat lúmine :
O vera, Chriſte, cláritas,
Noſtris refulge ſénſibus.

O dux ſalútis & via ;
O vita, quos doces, rege ;
Et quos regis, da cónſequi
Vitæ perennis gaúdia.

Præſta, beáta Trínitas ;
Concéde, ſimplex Unitas,
Ut fructuóſa ſint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

Ant. 4. d. Humiliémus Deo ánimas noſtras, ut fáciat nobiſcum miſericórdiam ſuam. *Judith.* 8.

Capitulum. Iſ. 1.

QUieſcite ágere perversè, diſcite benefácere, quærite judícium, dicit Dóminus : ſi fúerint peccáta veſtra ut cóccinũ, quaſi nix dealbabuntur.

℟. *breve.* Miſerére noſtrì, Dómine: * Miſerére noſtrì. ℣. Quia multùm repléti ſumus deſpectióne. * Miſerére noſtrì. Glória. ℟. Miſerére. *Pſ.* 122.

℣. Multa flagella peccatóris: ℟. Sperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit. *Pſ.* 31.

Preces flexis genibus ut ſuprà ad Tertiam.

AD NONAM.

Pater. Ave. *ſecretò.*
Deus, in adjutórium.

Hymnus.

Recédit inclínans dies;
Sic vita præceps lábitur:
Sanctus ſupernam júgiter
Suſpíret ardor pátriam.

Da, Chriſte, da tandem tuos
Cœli quiéte pérfrui:
Fac, lucis uſúræ brevi,
Æterna ſuccédat dies.

Præsta, beáta Trínitas;
Concéde, ſimplex Unitas,
Ut fructuóſa ſint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

Ant. 2. D. Avertátur, Dómine, ira tua à nobis: exaudi preces noſtras & oratiónes noſtras. *Bar.* 2.

Capitulum. Ezech. 18.

Projícite à vobis omnes prævaricatiónes veſtras, & fácite vobis cor novum & ſpíritum novum; quia nolo mortem morientis, dicit Dóminu[s] tímini, & vívite.

℟. *breve.* Prop[ter glo]riam nóminis tui [Dó]mine, líbera no[s. * Et] propítius eſto pecc[atis no]ſtris propter nome[n tuum.] * Dómine. Glória. [Pro]pter. *Pſ.* 78.

℣. Sacrifícium [Deo spí]ritus contribulátus[: cor] contrítum & humi[liatum,] Deus, non deſpíc[ies. *Pſ.*] 50.

Preces flexis geni[bus ut] ſuprà ad Tertiam.

AD VESPE[RAS.]

Antiph. & Pſ[almi de] Pſalterio ſecundùm [...]

Capitulum. Judit[h ...]

Scitóte quóniam [exau]diet Dóminus [preces] veſtras, ſi manen[tes per]manſéritis in jejú[niis &] oratiónibus in co[nspectu] Dómini.

Hymnus.

Audi, benign[e Con]ditor,
Noſtras preces cum [fléti]bus,
In hoc ſacro jejúni[o]
Fuſas quadragenári[o.]

Scrutator al[me cor]dium,
Infirma tu ſcis víri[um;]
Ad te reverſis éxhib[e]
Remiſſiónis grátiam.

Multum quide[m pec]cávimus;
Sed parce confitént[ibus:]
Ad nóminis laudem [...]

ſlam lángui-

; extra cónteri
ſtinéntiam,
nens sóbria
rsus críminum.
beáta Trínitas;
ſimplex Unitas,
ſa ſint tuis
n múnera.

ui, in jejúnio áni-
am; ℟. In mul-
miſericórdiæ tuæ
ae. Pſ. 68.
agnificat Antipho-
qualibet Feria.
de dicuntur Preces
u ad Laudes, pag.
quibus Pſalmus Mi-
, pag. 130.
atio ut infrà in quali-
eria poſt Antiphonam
Magnificat.
i facienda ſit Comme-
ratio de aliquo Feſto oc-
ente, fit hoc loco, ſtatim
Orationem diei; ſed
Commemorationes
communes, ſeu Suffragia
per Quadrageſimam.
Dicta Oratione diei &
Commemoratione
ſi quæ ſit, repetitur Dó-
vobiſcum & Benedi-
Dómino, &c. Tùm,
Completorium non ſubjun-
, ſecreto dicuntur, Fi-
ánimæ &c. & Pater.

AD COMPLETORIUM.

Pater. Ave.
Converte nos.
[illegible]

Deus, in adjutórium.
Antiph. & Pſalmi de Pſalterio ſecundùm Feriam.

Hymnus.

Functum laboribus diem
Jam noctis excipit quies.
Somni gravat neceſſitas;
Fac, Chriſte, caſtus ſit ſopor.

Et ſomnus & mors quàm brevi
Diſcriminantur limite!
Hic fortè ſomnus últimus
Nos ſiſtet ante júdicem.

Ne nos repentínus dies
Incogitantes óccupet;
Seu nocte, ſeu die venis,
Te præſtolémur júgiter.

Præſta, beáta Trínitas,
Concéde, ſimplex Unitas,
Ut fructuóſa ſint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

Capitulum. I. Petr. 5.

Sobrii estóte, & vigiláte, quia adversárius veſter diábolus, tanquam leo rúgiens, círcuit quærens quem dévoret: cui reſíſtite fortes in fide.

℟. *breve.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. ℣. Redemiſti me, Dómine Deus veritátis. * Commendo ſpíritum meum. Glória. ℟. In manus. *Pſ. 30.*

℣. Cuſtódi me, Dómine, ut pupillam óculi. ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Pſ. 16.*

Ant. 3. c. Salva nos.

Canticum Simeonis Luc. 2.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dñe, * ſecundùm verbum tuum in pace;

Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,

Quod paraſti * ante fáciem ómnium populórum:

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Ant. Salva nos, Dómine, vigilántes, cuſtódi nos dormiéntes, ut vigilémus cum Chriſto, & requieſcámus in pace.

Deinde dicuntur flexis genibus ſequentes

PRECES.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos a malo.

Credo in Deum *ſecretò uſque ad* ℣. Carnis reſurrectiónem, ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Benedíctus es, Dómine, Deus patrum noſtrórum, ℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula. *Dan.* 3.

℣. Benedíctum nomen glóriæ tuæ ſanctum, ℟. Et laudábile, & ſuperexaltá-

tum in omni
Dan. 3.

℣. Benedict
mamento cœli
dábilis, & glo
cula. *Dan.* 3.

℣. Benedic
Deus noſter;
nos Deus. *Pſ.*

Tunc Hebdo
cit Confeſſione

COnfiteor
potenti, b
ſemper Virgin
chaéli Archán
Joanni Baptiſ
Apóſtolis Pet
ómnibus Sanct
bis, fratres,)
nimis cogitat
&. ópere, [
verba ter perc
meâ culpâ,
meâ máximâ
precor beáta
ſemper Virgi
tum Michaél
gelum, beát
Baptiſtam, ſ
ſtolos Petrum
omnes Sanctc
fratres,) orá
Dóminum De

Chorus r

MIſereátu
potens
miſſis peccáti
cat te ad vita
Hebdomad.
Amen.

Deinde C
Confeſſionem

ſ vobis, fratres, &
atres, *dicit* tibi, Pa-
te, Pater.
tû Confeſſione à Cho-
bdomadarius dicit
ſereátur veſtrî om-
nipotens Deus; & di-
peccátis veſtris, per-
vos ad vitam ætér-
℟. Amen.
ſolus recitat, ſemel
onfiteor, *omiſſis vo-*
qua clauduntur paren-
addendo particulam
nte has voces ómni-
nctis, & omnes San-
deinde Miſereátur
, *dicendo* noſtrî, no-
& nos.]
ılgéntiam, abſolu-
em, & remiſſiónem
tórum noſtrórum trí-
ıobis omnípotens &
.cors Dóminus.
Amen.
teà dicitur ℣. Digná-
ómine, nocte iſtâ,
ıe peccáto nos cuſto-

Miſerére noſtrî, Dó-
, ℟. Miſerére noſtrî.
ι2.
iat miſericórdia tua,
ne, ſuper nos, ℟.
ıádmodùm ſperávi-
ı te. *Pſ.* 32.
Dómine, exaudi ora-
n meam, ℟. Et cla-
ıeus ad te véniat. *Pſ.*

Dóminus vobiſcum.
cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Viſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram, & omnes inſídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant, & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſǽcula ſæculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deinde ſubmiſſiori voce dicitur: Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & cáritas Dei, & communicátio ſancti Spíritûs ſit cum ómnibus nobis. *II. Cor.* 13.
℟. Amen.

Poſteà dicitur ſequens Antiphona.

Ave, Regína cœlórum;
Ave, Dómina Angelórum.
Salve, radix; ſalve, porta
Ex qua mundo lux eſt orta.
Gaude, Virgo glorióſa,
Super omnes ſpecióſa.
Vale, ô valdè decóra,
Et pro nobis Chriſtum exóra.

℣. Dignáre me laudáre te, Virgo ſacráta; ℟. Da mihi virtútem contra hoſtes tuos.

Orémus.

COncéde, miséricors Deus, fragilitáti noſtræ præſídium; ut qui ſanctæ Dei genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio à noſtris iniquitátibus reſurgámus; Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat ſemper nobiſcum.

℟. Amen.

Deinde dicitur ſecretò, Pater. Ave. Credo.

FERIA QUARTA CINERUM,

In capite Jejunii.

Omnia ut ſuprà in Officio Feriarum Quadrageſimæ, additis quæ ſequuntur.

AD MATUTINUM.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 37.

JOſeph cùm sédecim eſſet annórum, paſcébat gregem cum frátribus ſuis adhuc puer: & erat cum fíliis Balæ & Zelphæ uxórum patris ſui; accuſavitque fratres ſuos apud patrem crímine péſſimo. Iſrael autem diligébat Joſeph ſuper omnes filios ſuos, eò quòd in ſenectúte genuiſſet eum: fecitque ei túnicam polymitam. Vidéntes autem fratres ejus quòd à patre plus cunctis fíliis amarétur, óderant eum, nec póterant ei quidquam pacíficè loqui. Accédit quoque ut viſum ſómnium referret frátribus ſuis: quæ cauſa majóris ódii ſeminárium fuit. Dixitque ad eos: Audíte ſómnium meum quod vidi. Putábam nos ligáre manípulos in agro: & quaſi consúrgere manípulum meum & ſtare, veſtroſque manípulos circumſtantes adoráre manípulum meum. Reſpondérunt fratres ejus: Numquid rex noſter eris? aut ſubjiciémur ditióni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniórum atque ſermónum, invídiæ & ódii fómitem miniſtrávit.

℟. Scimus, *p.* 136.

Lectio ij.

CUmque fratres illius in paſcendis grégibus patris moraréntur in Sichem, dixit ad eum Iſrael: Fratres tui paſcunt oves in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo reſpondénte, Præſtò ſum, ait ei: Vade, & vide ſi cuncta próſpera ſint erga fratres tuos & pécora; & renúntia mihi quid agátur.... Perrexit ergo Joſeph poſt fratres ſuos, & invénit eos in Dóthain. Qui cùm vidiſſent eum procul, ántequam accéderet ad eos, cogitavérunt illum occídere, & mútuò loquebántur: Ecce ſomniátor ve-

'eníte ; occidámus & mittámus in ci- n véterem : dice- : Fera péſſima de- t eum : & tunc ap- : quid illi proſint ı ſua. Audiens au- ›c Ruben, nitebátur e eum de mánibus , & dicébat : Non :iátis ánimam ejus, undátis ſánguinem : ›jícite eum in ciſter- anc, quæ eſt in ſoli- , manuſque veſtras : innóxias : hoc au- cébat volens erípere e mánibus eórum, lere patri ſuo.

Non in juſtificatió- *p.* 136.

ſancti Evangélii ſe- dùm Matthæum.

ctio iij. Cap. 6.

o témpore : Dixit Je- liſcípulis ſuis : Cùm is, nolíte fíeri, ſicut ritæ, triſtes. Et réli-

ia ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

207. *in Quadr. tert.* ıémus humiliantes nas noſtras, appro- ınte die quo magi- ımilitátis humiliá- etipſum, factus ſúb- uſque ad mortem Imitémur ejus cru- abſtinéntiæ clavis :as concupiſcéntias :ntes. Caſtigémus corpus noſtrum, & ſervi- túti ſubjiciámus ; &, ne per indómitam carnem ad illí- cita prolabámur, in ea domanda aliquantùm & lícita ſubtrahámus. Crá- pula & ebríetas étiam per dies céteros devitanda : per hos autem dies étiam conceſſa prándia remo- venda. Fácilè tibi obtem- perábit caro ne inhæreat aliénis, quæ refrænári con- ſuéverit & à ſuis. Caven- dum eſt ne mutes, non mí- nuas voluptátes. Parcimó- nia jejúniis conjungátur. Sicut ventris caſtiganda ſatúritas, ita gulæ irrita- menta cavenda ſunt. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrì.

℟. Deo grátias.

℟. Extérminant hypó- critæ fácies ſuas, ut appá- reant homínibus jejunan- tes : tu autem, * Cùm jejú- nas, ne videáris hómini- bus jejúnans, ſed Patri tuo ; & † Pater tuus, qui videt in abſcóndito, red- det tibi. ℣. Ne accéſſeris ad Dóminum dúplici cor- de ; ne fúeris hypócrita in conſpectu hóminum. * Cùm. Glória. † Pater. *Matth.* 6. *Eccli.* 1.

Ad Bened. *Ant.* 8. g. Numquid tale eſt jejúnium quod elégi, ſaccum & cí- nerem ſtérnere ? nonne hoc eſt magis jejúnium quod

elégi? diſſolve colligatiónes impietátis. *Iſ.* 58.

Oratio.

PRæſta, Dómine, fidélibus tuis, ut jejuniórum veneranda ſolémnia, & cóngruâ pietáte ſuſcípiant, & ſecúrâ devotióne percurrant; Per Dóminum noſtrum.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quinto.

An. 1579. *part.* 1. *num.* 3.

OMnis quicumque ſit qui jejúnii lege aſtrictus eſt, ſíngulis Quadragéſimæ diébus, Domínicis exceptis, jejúnium ſervet: alióqui enim peccáto mortáli alligátum ſe eſſe noſſe debet.

¶ *Hodie, & deinceps uſque ad Paſcha, tam in Feſtis, quàm in Feriis, Veſpera dicuntur ante comeſtionem; diebus verò Dominicis, dicuntur horâ conſuetâ.*

Ad Magníf. *Ant.* 8. c. Cùm jejunátis, nolíte fíeri, ſicut hypócritæ, triſtes. *Matth.* 6.

Oratio.

INclinantes ſe, Dómine, majeſtáti tuæ, propitiátus intende; ut qui ſancta jejúnia contríti ſuſcípiunt, ad feſta ventúra cœléſtibus læti pervéniant auxíliis; Per Dóminum.

FERIA QUINTA

poſt Cineres.

De libro Géneſis.

Lectio j. *Cap.* 37.

DIxit Judas frátrib[illegible] ſuis: Quid nobis pro[illegible] deſt, ſi occidérimus fra[illegible] trem noſtrum, & celavé[illegible] rimus ſánguinem ipſíus[illegible] Méliùs eſt ut venumdé[illegible] Iſmaclítis, & manus n[illegible] ſtræ non polluantur: f[illegible] ter enim & caro noſtra eſt. Acquievérunt fratres ſermónibus illíus. Et prætereúntibus Madianítis negotiatóribus, extrahentes eum de ciſterna, vendidérunt eum Iſmaelítis, viginti argénteis: qui duxérunt eum in Ægyptum. Reverſuſque Ruben ad ciſternam, non invénit púerum; & ſciſſis véſtibus pergens ad fratres ſuos, ait: Puer non compáret, & ego quò ibo? Tulérunt autem túnicam ejus, & in ſánguine hædi quem occíderant, tinxérunt: mittentes qui ferrent ad patrem, & dícerent: Hanc invénimus; vide utrùm túnica filii tui ſit, an non. Quam cùm agnoviſſet pater, ait: Túnica filii mei eſt; fera péſſima comédit eum, béſtia devorávit Joſeph. Sciſſiſque véſtibus, indútus eſt cilício, lugens filium ſuum multo témpore.

ſui fáciem meam.

ij. Cap. 39.
Joſeph ductus eſt
yptum, emitque
tiphar eunúchus
is, princeps exér-
ir Ægyptius, de
ſmaelitárum. . . . .
queJoſeph grátiam
ómino ſuo, & mi-
t ei, à quo præpó-
nibus gubernábat
n ſibi domum, &
a quæ ei trádita
: benedixitque Dó-
lómui Ægyptii pro-
ſeph, & multipli-
m in ædibus quàm
s cunctam ejus ſub-
m; nec quidquam
óverat, niſi panem
ſcebátur. Erat au-
ſeph pulchrâ fácie,
ónus aſpectu. Poſt
itaque dies injécit
ſua óculos ſuos in
, & ait: Dormi
Qui nequáquam
ens óperi nefário,
l eam: Ecce dómi-
is, ómnibus mihi
, ignórat quid ha-
domo ſua; nec
m eſt quod non in
poteſtáte, vel non
it mihi, præter te
ır ejus es; quómo-
poſſum hoc ma-
ere, & peccáre in
neum? . . . . .
ustus, ex p. 154. . .

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 8.

IN illo témpore: Cùm introiſſet Jeſus Caphárnaüm, acceſſit ad eum Centúrio, rogans eum & dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquétur. Et reliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 62. de verb. Ev. §. 1.

AUdívimus, cùm Evangélium legerétur, fidem noſtram in humilitáte laudári. Ad domum quippe Centuriónis cùm ſe promítteret Dóminus Jeſus itúrum, ut púerum ejus ſanáret, ille reſpondit: Non ſum dignus, ut ſub tectum meum intres; ſed tantùm dic verbum, & ſanábitur. Dicendo ſe indignum, præſtitit dignum; non in cujus parietes, ſed in cujus cor Chriſtus intráret. Neque hoc díceret cum tanta fide & humilitáte, niſi illum quem timébat intráre in domum ſuam, corde geſtáret. Nam non erat magna felícitas, ſi Dóminus Jeſus intráret in paríetes ejus, & non eſſet in péctore ejus. Magiſter quippe humilitátis & verbo, & exemplo, diſcúbuit & in domo Phariſæi cujuſdam ſuperbi. In domo ejus

èrat, & in péctore ejus non erat: in hujus verò Centuriónis domum non intrávit, & pectus poſsédit.

℟. Omnès ínvicem humilitátem inſinuáte; * Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humílibus autem dat grátiam. ℣. Reſpexit in oratiónem humílium, & non ſprevit precem eórum. * Quia. Glória. * Quia. *I. Petr.* 5. *Pſ.* 101.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Extímuit David Dóminum, dicens: Quómodò ingrediétur ad me arca Dómini? & nóluit divértere eam ad ſe. *II. Reg.* 6.

Oratio.

DEus, qui jacentes érigis, & miſericórdiam humíliter poſtulántibus indulges; præſta ut qui ſe humiliando de tua pietáte confídunt, íntegram ánimæ ſanitátem conſequantur; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Toletáno octávo.

An. 653. *Cap.* 9.

QUiſquis abſque inevitábili neceſſitáte, atque fragilitátis evidenti languóre, ſeu étiam ætátis impoſſibilitáte, diébus Quadragéſimæ eſum cárnium præſúmpſerit attentáre; non ſolùm reus erit Reſurrectiónis Domínicæ, verùm étiam aliénus ab ejuſdem diéi ſanct[æ com]munióne: & hoc [...] mulétur ad pœna[m ...] ipsíus anni témp[ore ...] omni eſu cárnium [abſti]neat gulam; quia [...] diébus abſtinéntiæ [...] eſt diſciplínam.

Ad Magnif. *An[t.]* Centúrio ait: D[ómine,] non ſum dignus, u[t intres] ſub tectum meum; [ſed tan]tùm dic verbo, & [ſana]tur puer meus. Dix[it Jeſus] Centurióni: Vade, [& ſicut] credidiſti, fiat tibi [...] nátus eſt puer. *Ma[tth.]*

Oratio.

ADeſto, Dómin[e, ſup]plicatiónibus [noſtris:] & concéde ut hoc ſ[olemne] jejúnium, quod an[imabus] corporibuſque cura[ndis ſa]lúbriter inſtitútum [eſt, de]voto ſervítio celeb[rémus.] Per Dóminum.

FERIA SEX[TA]

poſt Ciner[es.]

De libro Géne[ſis.]

Lectio j. Cap[...]

ERat fames in te[rra Cha]naan. Et Joſe[ph erat] princeps in terra Æ[gypti,] atque ad ejus nutu[m fru]menta pópulis ve[ndeban]tur. Cúmque adv[eniſſent ad] eum fratres ſui, & [cogno]viſſet eos, quaſi ad [alienos] dúriùs loquebátur [inter]rogans eos: Unde v[eniſtis?] Qui reſpondérunt: [De ter]ra Chánaan, ut e[...]

eſsária. Et tamen
·ſe cognoſcens,
cógnitus ab eis.
uſque ſomniórū
|uando víderat,
·s : Exploratóres
·ideátis infirmió-
veniſtis. Qui di-
Ion eſt ita, Dómi-
ervi tui venérunt
nt cibos..... Duó-
rvi tui fratres ſu-
i viri unius in ter-
an: mínimus cum
tro eſt, álius non
. Hoc eſt, ait,
útus ſum : Explo-
ſtis. Jam nunc ex-
um veſtrî cá-
er ſalútem Pha-
ıon egrediémini
ınec véniat frater
inimus. Míttite ex
ıum, & addúcat
ɔs autem éritis in
, donec probentur
ſtis, utrùm vera
ſint : alióquin per
Pharaónis explo-
ſtis. Trádidit ergo
tódiæ tribus dié-

utémur, 136.
o ij. Cap. 43.
runt ergo viri mú-
a, & pecúniam
n, & Bénjamin :
runtque in Ægy-
ſtetérunt coram
Quos cùm ille vi-
& Bénjamin ſimul,
diſpenſatori do-

mûs ſuæ, dicens : Intródue
viros domum, & occíde
víctimas, & ínſtrue conví-
vium; quóniam mecum
ſunt comeſtúri merídie.....
Igitur ingreſſus eſt Joſeph
domum ſuam, obtuleruntque
ei múnera, tenentes
in mánibus ſuis : & adora-
vérunt proni in terram.
At ille, clementer reſalu-
tátis eis, interrogávit eos
dicens : Salvuſne eſt pater
veſter ſenex de quo dixe-
rátis mihi? adhuc vivit?
Qui reſpondérunt : Soſpes
eſt ſervus tuus pater noſter;
adhuc vivit. Et incurváti,
adoravérunt eum. Attol-
lens autem Joſeph óculos,
vidit Bénjamin fratrem
ſuum uterínum, & ait :
Iſte eſt frater veſter párvu-
lus de quo dixerátis mihi?
Et rursùm : Deus, inquit,
miſereátur tuî, fili mi. Fe-
ſtinavítque, quia commóta
fúerant víſcera ejus ſuper
fratre ſuo, & erumpébant
lácrymæ : & introíens cu-
bículum, flevit.

℟. Multiplicátæ, 136.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio i. Cap. 5.

IN illo témpore : Dixit Jeſus discípulis ſuis :
Audíſtis quia dictum eſt :
Díliges próximum tuum,
& ódio habébis inimí-
cum tuum. Ego autem
dico vobis : Dilígite ini-

mícos veſtros. Et réliqua.

Homília ſancti Cæsárii Epíſcopi.

Apud S. Auguſt. t. 5. in Append. ſerm. 273.

DIcet áliquis: Nullâ ratióne poſſum inimícos meos diligere. In ómnibus ſcriptúris Deus dicit tibi, quia potes: tu è contrário reſpondes non poſſe. Consídera nunc utrùm tibi an Deo débeat credi. Et ídeò quia véritas mentíri non poteſt, jam vanas excuſatiónes ſuas relinquat humána fragílitas, quia nec imposſíbile áliquid pótuit imperáre qui juſtus eſt, nec damnatúrus eſt hóminem pro eo quod non pótuit vitáre, quia pius eſt. Quid tergiversámur incaſsùm? nemo enim, quantùm póſſumus, mélius novit quàm qui nobis ipſum poſſe donávit. Tot viri, tot mulíeres, tanti púeri, tantæ & tam delicátæ puellæ flammas, ignes, béſtias æquanímiter pertulérunt: & nos ſtultórum hóminum convícia dícimus toleráre non poſſe; ſi póſſumus, étiam uſque ad mortem illórum noſtras injúrias vindicámus. Unde néſcio quâ fronte, vel quâ conſciéntiâ cum ſanctis partem habére deſiderámus, quorum exempla ſequi in rebus mínimis non acquiéſcimus. Illud cum grandi reveréntia [...] timóre recólere, & [...]nére debémus, quo[...] minus dixit: Si dim[...]tis, dimittet & vob[...] ſi non dimiséritis, [...]mittet. In poteſtáte [...] pósitum eſt quáliter [...] judícii judicémur. [...] néſcio quâ fronte v[...] peccatórum ſuórum [...] tribúnal Chriſti ob[...] póterit, qui Deo [...]piente inimícis vénia[...]re non acquieſcit. Vos ergo, fratres [...]mi, ita ómnibus in[...] veſtris dimíttite, u[...] ſecúra conſciéntia p[...] in oratióne dícere [...]mitte nobis débita n[...] ſicut & nos dimíttim[...] bitóribus noſtris.

℞. Si quis díxerit[...]niam díligo Deum[...] fratrem ſuum ód[...] mendax eſt. * Hoc [...]dátum habémus à [...] ut qui díligit Deum [...]ligat & fratrem [...] ℣. Odium súſcitat [...] & univerſa delicta [...] cáritas. * Hoc [...]tum. Glória. * Hoc. [...] 4. *Prov.* 10.

Ad Bened. *Ant.* Si eſuríerit inimícus [...] ciba illum: ſi ſit[...] da ei aquam bíbe[...] Dóminus reddet [...] *Prov.* 25.

centum decem an-
idit Ephraim filios
d tértiam genera-
Filii quoque Ma-
i Manaſſe nati ſunt
us Joſeph. Quibus
is, locútus eſt frá-
is :. Poſt mortem
Deus viſitábit vos,
dere vos fáciet de
a ad terram quam
Abraham, Iſaac &
Cúmque adjuraſſet
que dixiſſet: Deus
: vos, aſportáte
a vobiſcum de loco
órtuus eſt, explé-
um decem vitæ ſuæ

ſon in juſtificatió-
. 136.
ſancti Evangélii
ndùm Marcum.
tio ii. Cap. 6.
tempore: Abiit Je-
montem oráre; &,
ò eſſet, erat navis
io mari, & ipſe ſo-
terra. Et videns di-
s ſuos laborantes in
ndo, erat enim ven-
trárius eis; & circa
n vigíliam noctis,
d eos ámbulans ſu-
re. Et réliqua.
ia Venerábilis Bedæ
Presbyteri.
xxvij. ſuper Marc.
Cap. 28.
or diſcipulórum in
migando, & con-
eis ventus labóres
ſanctæ Eccléſiæ vários de-
ſignat; quæ inter undas sé-
culi adverſantis, & im-
mundórum flatus ſpirítuū,
ad quiétem pátriæ cœleſtis,
quaſi ad fidam lítoris ſta-
tiónem pervenire conátur.
Ubi benè dícitur, quia na-
vis erat in médio mari, &
ipſe ſolus in terra: quia
nonnunquam Eccléſia tan-
tis gentilium preſsúris non
ſolùm afflicta, ſed & fœ-
dáta eſt, ut, ſi fieri poſſet,
Redemptor ipsíus eam
prorsùs deſeruiſſe ad tem-
pus viderétur.... Verùm
ille non oblivíſcitur ora-
tiónem páuperum, neque
avertit fáciem ſuam à ſpe-
rántibus in ſe: quin pótiùs
& certantes cum hóſtibus
ut vincant, ádjuvat, &
victóres in æternum coró-
nat. Unde hic apertè díci-
tur, quia vidit eos labo-
rantes in remigando. Vi-
det quippe Dóminus labo-
rantes in mari, quamvis
ipſe pósitus in terra: quia
etſi ad horam differre vi-
deátur auxílium tribulátis
impéndere, nihilóminùs
eos, ne in tribulatiónibus
defíciant, ſuæ reſpectu pie-
tátis corróborat, & ali-
quando étiam manifeſto
adjutório, victis adverſá-
tibus, quaſi calcátis ſeda-
tiſque flúctuum volúmini-
bus, líberat.
℟. Videns Jeſus diſcípu-

ris.. : Dimíſit ergo fratres ſuos, & proficiſcéntibus ait: Ne iraſcámini in via. Qui aſcendentes ex Ægypto, venérunt in terram Chánaan ad patrem ſuum Jacob. Et nuntiavérunt ei, dicentes: Joſeph filius tuus vivit, & ipſe dominátur in omni terra Ægypti. Quo audíto Jacob, quaſi de gravi ſomno evígilans, tamen non credébat eis. Illi è contra referébant omnem órdinem rei. Cúmque vidiſſet plauſtra, & univerſa quæ míſerat, revixit ſpíritus ejus, & ait: Súfficit mihi, ſi adhuc Joſeph fílius meus vivit: vadam, & vidébo illum ántequàm móriar. Profectúſque Iſrael cum ómnibus quæ habébat, venit ad púteum juramenti: &, mactátis ibi víctimis Deo patris ſui Iſaac, audívit eum per viſiónem noctis vocantem ſe, & dicentem ſibi: Jacob, Jacob. Cui réſpondit: Ecce, adſum. Ait illi Deus: Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui, noli timére; deſcende in Ægyptum, quia in gentem magnam fáciam te ibi. Ego deſcendam tecum illuc; & ego inde addúcam te reverténtem: Joſeph quoque ponet manus ſuas ſuper óculos tuos. Surrexit autem Jacob à púteo juramenti, tuleruntque eum filii párvulis, & uxórib in plauſtris quæ Phárao ad portand nem.

℟. Scimus qui *p.* 136.

Lectio ij. Cap. 49

JAcob, finítis ma quibus fílios inſtr collégit pedes ſuos léctulum, & óbiit: ſituſque eſt ad pó ſuum. Quod cerne ſeph, ruit ſuper patris flens & deóſ eum. Præcepítque ſuis médicis ut arom condírent patrem. juſſa explentibus, iérunt quadraginta iſte quippe mos era verum conditórum Veneruntque ad fratres ſui: & pro rantes in terram, di Servi tui ſumus. ille reſpondit: No mére: num Dei pó reſíſtere voluntáti cogitaſtis de me m ſed Deus vertit illud num, ut exaltáre ſicut in præſentiáru nitis, & ſalvos fácer tos pópulos. Nolite te; ego paſcam vós. vulos veſtros. Con que eſt eos, & bla léniter eſt locútus. bitávit in Ægypt omni domo patri

vixítque centum decem annis, & vidit Ephraim fílios uſque ad tértiam generatiónem. Fílii quoque Machir, fílii Manaſſe nati ſunt in génibus Joſeph. Quibus tranſactis, locútus eſt frátribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitábit vos, & aſcéndere vos fáciet de terra iſta ad terram quam jurávit Abraham, Iſaac & Jacob. Cúmque adjuraſſet eos, atque dixiſſet: Deus viſitábit vos, aſportáte oſſa mea vobiſcum de loco iſto; mórtuus eſt, explétis centum decem vitæ ſuæ annis.

℟. Non in juſtificatiónibus, *p.* 136.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio iii. Cap. 6.

IN illo témpore: Abiit Jeſus in montem oráre; &, cùm ſerò eſſet, erat navis in médio mari, & ipſe ſolus in terra. Et videns diſcípulos ſuos laborantes in remigando, erat enim ventus contrárius eis; & circa quartam vigíliam noctis, venit ad eos ámbulans ſupra mare. Et réliqua.

Homilia Venerábilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 2. in cap. 6. ſuper Marc. cap. 28.

LAbor diſcipulórum in remigando, & contrárius eis ventus labóres ſanctæ Eccléſiæ vários deſignat; quæ inter undas ſǽculi adverſantis, & immundórum flatus ſpirítuū, ad quiétem pátriæ cœléſtis, quaſi ad fidam lítoris ſtatiónem perveníre conátur. Ubi benè dícitur, quia navis erat in médio mari, & ipſe ſolus in terra: quia nonnunquam Eccléſia tantis gentílium preſſúris non ſolùm afflícta, ſed & fœdáta eſt, ut, ſi fíeri poſſet, Redemptor ipsíus eam prorsùs deſeruiſſe ad tempus viderétur.... Verùm ille non oblivíſcitur oratiónem páuperum, neque avertit fáciem ſuam à ſperántibus in ſe: quin pótiùs & certantes cum hóſtibus ut vincant, ádjuvat, & victóres in ætérnum corónat. Unde hîc apertè dícitur, quia vidit eos laborantes in remigando. Videt quippe Dóminus laborantes in mari, quamvis ipſe pόſitus in terra: quia etſi ad horam differre videátur auxílium tribulátis impéndere, nihilóminùs eos, ne in tribulatiónibus defíciant, ſuæ reſpectu pietátis corróborat, & aliquando étiam manifeſto adjutório, victis adverſitátibus, quaſi calcátis ſedatíſque flúctuum volumínibus, líberat.

℟. Videns Jeſus diſcípu-

vitque nomen ejus, Móyſes, dicens : Quia de aqua tuli eum.

℟. Fide Móyſes natus occultátus eſt à paréntibus ſuis : * Fide grandis factus negávit ſe eſſe filium filiæ Pharaónis, magis éligens afflígi cum pópulo Dei, quàm temporális peccáti habére jucunditátem. ℣. Poſtquam créverat, egreſſus eſt ad fratres ſuos, viditque afflictiónem eórum. * Fide. *Hebr.* 11. *Exod.* 2.

Lectio ij. Cap. 3.

Moyſes paſcébat oves Jethro sóceri ſui ſacerdótis Mádian : cúmque minaſſet gregem ad interióra deſerti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuítque ei Dóminus in flamma ignis de médio rubi ; & vidébat quòd rubus ardéret, & non comburerétur. Dixit ergo Móyſes : Vadam, & vidébo viſiónem hanc magnam, quare non comburátur rubus. Cernens autem Dóminus quòd pérgeret ad vidéndum, vocávit eum de médio rubi, & ait : Móyſes, Móyſes. Qui reſpóndit : Adſum. At ille : Ne apprópies, inquit, huc : ſolve calceaméntum de pédibus tuis ; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Et ait : Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Jacob. Abſcondit Móyſes fa[...] ſuam : non enim au[...] aſpícere contra Deum [...] ait Dóminus : Vidi a[...]ctiónem pópuli mei in [...]gypto, & clamórem [...] audívi propter duri[...] eórum qui præſunt o[...]bus : & ſciens dol[...] ejus, deſcendi ut líb[...] eum de mánibus Ægy[...]rum, & edúcam de [...] illa in terram bona[...] ſpatióſam, in terram [...] fluit lacte & melle. [...] veni, & mittam te ad [...]raónem, ut edúcas p[...]lum meum, filios Iſra[...] Ægypto.

℟. Dixit Dómin[...] Móyſen : Immolábit [...] univerſa multitúdo [...]rum Iſrael ad véſperam [...] nocte illâ percútiam o[...] primogénitum in terra [...]gypti. Et * Dixit Mó[...] ad senióres : Immoláte [...]ſe : & fílii Iſrael fecér[...] ſicut præcéperat Dómi[...] Móyſi. ℣. Fide Mó[...] celebrávit Paſcha & ſ[...]guinis effuſiónem ; ne [...] vaſtábat primitíva, tan[...]ret eos. * Dixit. *Exod.* [...] *Hebr.* 11.

Lectio iij. Cap. 3.

Dixitque Móyſes Deum : Quis ego ut vadam ad P[...]raónem, & edúcam f[...] Iſrael de Ægypto ? [...] dixit ei : Ego ero tec[...]

: habébis ſignum
:níſerim te : Cùm
is pópulum meum
;ypto , immolábis
per montem iſtum.
óyſes ad Deum :
;o vadam ad filios
& dicam eis : Deus
ı veſtrórum miſit
vos. Si dixérint mi-
ıod eſt nomen ejus?
cam eis? Dixit Deus
yſen : Ego sum qui
Ait : Sic dices filiis
Qui est, miſit me
;. Dixitque íterùm
:d Móyſen : .... Va-
cóngrega ſenióres
& dices ad eos : Dó-
Deus patrum veſtró-
páruit mihi , Deus
um , Deus Iſaac , &
acob, dicens : Viſi-
ſitávi vos , & vidi
quæ accidérunt vo-
Ægypto : & dixi ut
ı vos de afflictióne
:i in terram......
m lacte & melle.
ıt vocem tuam : in-
iſque tu , & ſenió-
ıel , ad regem Æ-
& dices ad eum :
us Deus Hæbræó-
ocávit nos : íbimus
rium diérum in ſo-
em , ut immolémus
o Deo noſtro. Sed
io quòd non dimit-
rex Ægypti ut eá-
i per manum váli-

℟. Déxtera tua , Dómine , magnificáta eſt in fortitúdine. Ingréſſus eſt enim eques Pharao cum cúrribus & equítibus ejus in mare ; & * Reduxit ſuper eos Dóminus aquas maris : filii autem Iſrael ambulavérunt per ſiccum in médio ejus. ℣. Fide tranſiérunt Mare rubrum tanquam per áridam terram ; quod experti Ægyptii devoráti ſunt. * Reduxit. Glória. * Reduxit ſuper eos. *Exod.* 15. *Hebr.* 11.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Ser. 4. de Quadrag. cap. 1.

Lectio iv.

PRædicatúrus vobis, dilectiſſimi , ſacratíſſimum maximumque jejúnium , quo áptiùs utar exórdio , quàm ut verbis Apóſtoli , in quo Chriſtus loquebátur, incípiam, dicamque : Ecce nunc tempus acceptábile ; ecce nunc dies ſalútis Quamvis enim nulla ſint témpora quæ divínis non ſint plena munéribus , & ſemper nobis ad miſericórdiam Dei per ipsíus grátiam præſtétur acceſſus ; nunc tamen ómnium mentes majóri ſtúdio ad ſpirituáles profectus movéri , & amplióri fidúcia oportet animári ; quando ad univerſa pietátis of-

ficia illíus nos diéi in quo redempti ſumus, recurſus invítat: ut excellens ſuper ómnia Paſſiónis Domínicæ ſacramentum, purificátis & corpóribus & ánimis, celebrémus.

℟. Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies ſalútis: * In ómnibus exhibeámus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in labóribus, in vigíliis, in jejúniis, in caritáte non fícta. ℣. Quia pátiens Dóminus eſt, pœniteámus, & indulgéntiam ejus fuſis lácrymis poſtulémus, in ſpíritu humiliáto ſervientes illi. * In ómnibus. *II. Cor. 6. Judith, 8.*

Lectio v.

DEbebátur quidem tantis myſtériis ita inceſſábilis devótio, & continuáta reveréntia, ut tales permanerémus in conſpectu Dei, quales nos in ipſo Paſcháli feſto dignum eſt inveníri. Sed, quia hæc fortitúdo paucórum eſt, & dum carnis fragilitáte auſtérior obſervántia relaxátur, dumque per várias actiónes vitæ hujus ſollicitúdo diſténditur, neceſſe eſt de mundáno púlvere étiam religióſa corda ſordéſcere; magnâ divínæ inſtitutiónis ſalubritáte províſum eſt, ut ad reparandam méntium puritátem quadraginta nobis di[illegible] exercitátio mederétur, [illegible] quibus aliórum tempo[illegible] culpas & pia ópera re[illegible] merent, & jejúnia c[illegible] decóquerent.

℟. Defécit gaúdium [illegible] dis noſtri, verſus eſt in [illegible] ctum chorus noſter, c[illegible] dit coróna cápitis noſtr[illegible] * Væ nobis, quia pecc[illegible] vimus. ℣. Emundáte m[illegible] nus, peccatóres: [illegible] eſtóte, & lugéte; riſu[illegible] ſter in luctum conver[illegible] * Væ. *Thren. 5. Jac. 4.*

Lectio vj. Cap. 2.

INgreſsúri igitur, di[illegible] ctiſſimi, dies myſ[illegible] & jejuniórum rem[illegible] conſecrátos, præcep[illegible] poſtólicis obedi[illegible] mus, emundantes no[illegible] omni inquinamento c[illegible] ac ſpíritûs: ut, caſtig[illegible] colluctatiónibus quæ ſu[illegible] inter utramque ſubſtantiam, ánimus quem ſub Dei gubernáculis conſtitu[illegible] tum córporis ſui decet [illegible] rectórem, dominatiónis ſuæ obtíneat dignitátem: ut némini dantes ullam offenſiónem, vituperatiónibus obloquéntium non ſimus obnóxii. Dignâ enim ab infidélibus reprehenſióne carpémur, & noſtro vitio linguæ ímpiæ in injúriam ſe religiónis arma[illegible] bunt, ſi jejunántium mores à puritáte perfectæ c[illegible]

repárint. Non
la abſtinéntia
ſtri ſumma je-
uctuóse córpo-
tráhitur , niſi
uitáte revocé-
ɔtrectatiónibus
ɔeátur. Sic ergo
i eſt moderan-
ut étiam áliæ
eâdem lege

iteámur peccá-
* Deus fidélis
, ut remittat
áta noſtra , &
s ab omni ini-
Qui abſcondit
non dirigétur :
onfeſſus fúerit,
tea, miſericór-
quétur. * Deus.
eus. *I. Joann.* 1.

'OCTURNO.
ncti Evangélii
n Matthæum.
vij. Cap. 4.
émpore : Jeſus
ſt in deſertum à
ut tentarétur à
: cùm jejunaſſet
a diébus & qua-
octibus , póſteà
réliqua.
ſancti Leónis
Papæ.
de Quadr. c. 3.
entes, dilectíſſi-
ad Quadragéſi-
n , id eſt, ad di-
m *Dómini ſervi-*

tútem, quia quaſi ad quemdam agónem ſancti óperis introímus, ad pugnas tentatiónum ánimos præparémus; & intelligámus quantò ſtudioſióres pro noſtra ſalúte fuérimus, tantò nos vehementiùs ab adversáriis impetendos. Sed fórtior eſt qui in nobis eſt, quàm qui adversùm nos eſt ; & per ipſum válidi ſumus, in cujus virtúte confídimus : quia ob hoc Dóminus ſe tentári à tentatóre permíſit, ut cujus munímur auxílio , ejuſdem erudirémur exemplo.

℟. Jeſus plenus Spíritu ſancto regreſſus eſt à Jordáne , & agebátur à Spíritu in deſertum diébus quadraginta , * Et tentabátur à diábolo. ℣. Oſtendit mihi Dóminus Jeſum , & ſatan ſtabat à dextris ejus ut adverſarétur ei. * Et. *Luc.* 4. *Zach.* 3.

Lectio viij. Poſt pauca.

Nulla ſunt ſine tentatiónum experimentis ópera virtútis , nulla ſine probatiónibus fides , nullum ſine hoſte certámen , nulla ſine congreſſióne victória. Vita hæc noſtra in médio inſidiárum , in médio præliórum eſt. Si nólumus décipi , vigilandum eſt ; ſi vólumus ſuperáre , pugnandum eſt. Et ideò *ſapientíſſimus* Sálomon :

Fili, inquit, accédens ad ſervitútem Dei, præpara ánimam tuam ad tentatiónem. Vir enim ſapiéntiâ Dei plenus, ſciens ſtúdium religiónis labórem habére certáminis, cùm prævidéret pugnæ perículum, antè admónuit pugnatúrum: ne fortè ſi ad ignorantem tentátor accéderet, imparátum citiùs vulneráret.

℟. Erat Jeſus in deſerto quadraginta diébus & quadraginta nóctibus, & tentabátur à sátana, eratque cum béſtiis; * Et nihil manducávit in diébus illis. ℣. Fuit Móyſes in monte quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comédit, & aquam non bibit; * Et nihil. *Marc.* 1. *Luc.* 4. *Exod.* 34.

Lectio ix. *Cap.* 4.

AUdiámus dicentem Apóſtolum: Non eſt nobis colluctátio adversùs carnem & sánguinem, ſed adversùs príncipes & poteſtátes, adversùs mundi rectóres tenebrárum harum, contra ſpiritália nequítiæ in cœléſtibus. Et non ignorémus, quòd hi hoſtes noſtri contra ſe geri ómnia séntiunt, quæcumque nos pro noſtra salúte ágere tentámus; & hoc ipſo quòd boni áliquid appétimus, adversários provocámus. Hæc enim inter

nos atque illos
licæ invídiæ f
veteráta diſséni
quia illi ab his
dérunt, ad qu
auxiliante, pr
noſtris juſtificat
queantur. Si e
gimur, illi c
nos convaléſci
firmantur. Rem
plagæ ipsórum
curatióne noſt
nerum vulnera

℟. Débuit Je
nia frátribus ſi
miséricors fier
lis Póntifex; †
in quo eſt ipſ
potens eſt & e
tantur, auxiliá
féctio tua & d
ſancto tuo, Dó
probaſti in te
* Ut. Glória. †
Deut. 33.

Non dicitur 7

AD LA

Antiphona

FIli, accéde
tútem Dei,
tia & timóre,
ánimam tuam
nem. *Eccli.* 2.

Ant. 4. A.
tentâtur, dicat
Deo tentátur:
intentátor mal
Jac. 1.

Ant. 1. a. De
tentat: unuſq
tentátur à con

s. &, illeſtus.
... Pecca-
ticum. Pecca-
, p. 116.
Rursùm ſcri-
Non tentábis
Deum tuum.

Fidélis Deus
patiétur vos
id quod po-
iet étiam cum
ovéntum, ut
ére. I. Cor. 10.
Hebr. 4.
émus Pontífi-
qui non poſſit
mitátibus no-
um autem per
ilitúdine abſ-

Profána, 137.
n fac mihi ma-
ſdiam tuam;
a te ſperávi.

, Ant. 8. G.
eſus in deſer-
u, ut tentaré-
o; & cùm je-
adraginta dié-
raginta nócti-
ſúriit. Matth. 4.
atio.
qui Eccléſiam
nnuâ Quadra-
ſervatióne pu-
ta famíliæ tuæ,
obtinére abſti-
ur; hoc bonis
equátur. Per

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Quàm magna miſericórdia Dómini, & propitiátio illíus converténtibus ad ſe! *Eccli.* 17.

In ℟. *br.* ℣. Qui veniſti peccatóres ſalvos fácere. *I. Tim.* 1.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 14. *de Pœnit.* c. 1.

Dominus ſacraméntum Pœniténtiæ tunc præcípuè inſtítuit, cùm à mórtuis excitátus inſufflávit in diſcípulos ſuos dicens: Accípite Spíritum ſanctum; quorum remiſéritis peccáta, remittúntur eis; & quorum retinuéritis, reténta ſunt. Quo tandem inſigni facto & verbis tam perſpícuis, poteſtátem remitténdi & retinéndi peccáta ad reconciliandos fidéles poſt Baptíſmum lapſos, Apóſtolis & eórum legítimis ſucceſſóribus fuiſſe communicátam, univerſórum Patrum conſenſus ſemper intelléxit.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Quaſi ſervi corrípimur ad emendatiónem, & non ad perditiónem noſtram. *Judith.* 8.

Capitulum. Thren. 3.

Non repellet in ſempitérnum Dóminus; quia ſi abjécit, & miſerébitur ſecundùm multitúdinem miſericordiárum ſuárum.

rum. Non enim humiliávit ex corde ſuo, & abjécit filios hóminum.

℟. *breve.* Ipſe eſt miséricors, * Et propítius fiet peccátis. ℣. Abundávit ut avérteret iram ſuam. * Et propítius fiet peccátis Glória. ℟. Ipſe eſt miſéricors, * Et propítius fiet peccátis. *Pſ.* 77.

℣. Numquid in æternum projíciet Deus? ℟. Aut continébit in ira ſua miſericórdias ſuas? *Pſ.* 76.

AD SEXTAM.

Ant. 7. a. Sanctum nomen ejus in excelſo & in ſancto hábitans, & cum contríto & húmili ſpíritu; ut vivíficet ſpíritum humílium. *Iſ.* 57.

Capitulum. Iſ. 66.

HÆc dicit Dóminus: Ad quem reſpíciam, niſi ad paupérculum, & contrítum ſpíritu, & trementem ſermónes meos?

℟. *breve.* Convértere, Dómine, * Et éripe ánimam meam. ℣. Salvum me fac propter miſericórdiam tuam. * Et éripe ánimam meam. Glória. ℟. Convértere. *Pſ.* 6.

℟. Exaudi oratiónem meam, Dómine; ℟. Auribus pércipe lácrymas meas. *Pſ.* 38.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Quis poteſt facere mundum de im-

mundo conc
ne? nonne tu
Job, 14.

Capitulum.

HÆc di
Emundá
omni iniquitá
peccavérunt n
pítius ero cum
tibus eórum.

℟. *breve.* A
* Munda me,
Quóniam inic
ego cognoſc
me, Dómine
A peccáto.

℣. Cor mu
me, Deus, r
rectum innova
meis. *Pſ.* 50.

AD VES

Antiphona d

Capitulum.

FRatres,
in Dóminc
tia virtútis
vos armatúra
sitis ſtare adv
diáboli.

Hymnus,
gne Cónditor

℣. Sanat D
trítos corde,
contritiónes e

Ad Magni
Conſummatâ
tióne, diábo
Jeſu uſque ad
ecce Angeli
& miniſtrába
Matth. 4.

:us, qui, *p.* 165.
IPLETORIUM,
rio, p. 29.
ECUNDA.
in Officio Fe-
dr.:gеſima, &
Feriis ſequenti-
is quæ propria
et Feriæ.
o Exodi.
Cap. 5.
ingreſſi ſunt
& Aaron, &
araóni : Hæc
is Deus Iſrael:
ulum meum ut
ihi in deſerto.
ndit : Quis eſt
ut aúdiam vo-
& dimittam Iſ-
Dóminum, &
imittam. Dixe-
us Hebræórum
, ut eámus viam
m in ſolitúdi-
crificémus Dó-
oſtro : ne fortè
bis peſtis aut
: ad eos rex Æ-
are, Móyſes &
citátis pópulum
s ſuis ? ite ad
a. Dixitque Phá-
us eſt pópulus
tis quòd turba
: quantò magis
eis réquiem ab
.... Opprimanr-
is, & éxpleant
acquieſcant ver-
ibus.
i, *p.* 135.

Lectio ij. Cap. 7.

Ingreſſi itaque Móyſes & Aaron ad Pharaónem, fecérunt ſicut præcéperat Dóminus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaóne & ſervis ejus, quæ verſa eſt in cólubrum. Vocávit autem Phárao ſapientes & maléficos: & fecérunt étiam ipſi per incantatiónes Ægyptíacas, & arcána quædam ſimiliter. Projeceruntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracónes: ſed devorávit virga Aaron virgas eórum. Induratúmque eſt cor Pharaónis, & non audívit eos, ſicut præcéperat Dóminus. Dixit autem Dóminus ad Móyſen: Ingravátum eſt cor Pharaónis; non vult dimíttere pópulum. Vade ad eum mane; ecce egrediétur ad aquas: & ſtabis in occurſum ejus ſuper ripam flúminis; & virgam, quæ converſa eſt in dracónem, tolles in manu tua, dicéſque ad eum: Dóminus Deus Hebræórum miſit me ad te, dicens: Dimitte pópulum meum, ut ſacríficet mihi in deſerto; & uſque ad præſens audíre noluiſti. Hæc ígitur dicit Dóminus: In hoc ſcies quòd ſim Dóminus: ecce percútiam virgâ quæ in manu mea eſt, aquam flúminis, & vertétur in ſánguinem. Piſces

quoque qui ſunt in flúvio, moriéntur, & computreſcent aquæ, & affligentur Ægyptii bibentes aquam flúminis..... Fecerúntque Móyſes & Aaron ſicut præcéperat Dóminus..... Fecerúntque ſimiliter maléfici Ægyptiórum incantatiónibus ſuis; & indurátum eſt cor Pharaónis; nec audívit eos, ſicut præcéperat Dóminus. Avertítque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appóſuit cor étiam hâc vice.

℟. Juſtus es, *p.* 135.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio ii, Cap. 25.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Cùm vénerit Fílius hóminis in majeſtáte ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedébit ſuper ſedem majeſtátis ſuæ; & congregabúntur ante eum omnes gentes. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 18. *ac* ℣. *Pſ.* 49. Deus manifeſtè, *c.* 5. *Alias.* *Serm.* 120. *de Tempore.*

UNuſquiſque recípiet quod fecit, bonum ſive malum. Tunc dictúri ſunt hómines ſerâ & infructuósâ pœniténtiâ: O ſi poſſémus íterùm vívere; & quod contémpſimus, audíre & fácere! Tunc illi, quos ex adve[...] ſtítuunt iniquitátes ſicut dícitur in L[...] piéntiæ: Quid no[...] fuit ſupérbia? & di[...] jactántia quid cón[...] bis? Tranſiérunt ó[...] cut umbra. Vidé[...] pœnitébit eos: ſed [...] niténtia cruciábili[...] ſanábilis. Vis hab[...] lem pœniténtiam? habe. Si enim modo[...] ris, corrigéris..... [...] ut convertáris; n[...] rendo súbitò mori[...] omnínò nihil in[...] quod in præſenti [...] & in futúro poſsíd[...]

℟. Congregabun[...] Fílium hóminis om[...] tes, & ſeparábit e[...] paſtor ſégregat ove[...] dis: * Et † Státuet dextris, hædos aut[...] niſtris. ℣. Deus m[...] véniet, Deus no[...] non ſilébit, diſcer[...] pulum ſuum, quón[...] dex eſt. * Et. Glóri[...] tuet. *Matth.* 25. *P.*

Ad Bened. *Ant.* Pax eſt eléctis Dei autem ſecúndùm [...] giravérunt, corre[...] habébunt. *Sap.* 3.

Oratio.

EXaudi, quæſumus, [Do]mine, gémitum tui ſupplicantis, ut meritórum qualitá[...]

Fi

non judícium ,
córdiam cónſe-
nur ; Per Dómi-
im.

N O N.

io Tridentíno.
Sacram. Pœnit.
ap. 2.
vitátem & inte-
em in Baptiſmo
per Sacramen-
éntiæ ſine ma-
; flétibus & la-
víná id exigen-
perveníre ne-
óſſumus : ut mé-
ntia laborióſus
ptiſmus à ſan-
s dictus fúerit.
hoc Sacramen-
ntiæ lapſis poſt
ad ſalútem ne-
ut nondum re-
pſe. Baptiſmus.
níſ. *Ant.* 1. D.
his qui à dex-
nt : Veníte, be-
is mei, poſſidé-
vobis regnum.
s qui à ſiniſtris
ſcédite à me,
in ignem ætér-
th. 25.
natio.
m noſtrûm, Dó-
, quæſumus, ad
nverte ; ut ab
ffénderis abſti-
m iram tuam,
córdiam ſentiá-
Dóminum.
Verna.

FERIA TERTIA.

De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 8.

DIxit Dóminus ad Móyſen : Dic ad Aaron : Extende manum tuam ſuper flúvios, ac ſuper rivos & palúdes, & educ ranas ſuper terram Ægypti. Et extendit Aaron manum ſuper aquas Ægypti, & aſcendérunt ranæ, operuerúntque terram Ægypti. Fecérunt autem & maléfici per incantatiónes ſuas ſimíliter, eduxerúntque ranas ſuper terram Ægypti. Vocávit autem Phárao Móyſen & Aaron, & dixit eis : Oráte Dóminum, ut áuferat ranas à me & à pópulo meo : & dimittam pópulum ut ſacríficet Dómino. Dixitque Móyſes ad Pharaónem : Conſtítue mihi quando déprecer pro te, & pro ſervis tuis & pro pópulo tuo..... Qui reſpondit : Cras. At ille : Juxta, inquit, verbum tuum fáciam : ut ſcias, quóniam non eſt ſicut Dóminus Deus noſter ; & recédent ranæ à te & à domo tua, & à ſervis tuis & à pópulo tuo ; & tantùm in flúmine remanébunt. Egreſſíque ſunt Móyſes & Aaron à Pharaóne, & clamávit Móyſes ad Dóminum pro ſponſióne ranárum quam condíxerat Pharaóni. Fecítque

Dóminus juxta verbum Móyſi..... Videns autem Phárao, quòd data eſſet réquies, ingravávit cor ſuum, & non audívit eos, ſicut præcéperat Dóminus.

℟. Scrutémur, 136.

Lectio ij. Cap. 11. & 12.

DIxit Dóminus ad Móyſen: Adhuc unâ plagâ tangam Pharaónem & Ægyptum, & poſt hæc dimittet vos, & exíre compellet... Médiâ nocte egrédiar in Ægyptum, & moriétur omne primogénitum in terra Ægyptiórum..... Factum eſt autem in noctis médio: percuſſit Dóminus omne primogénitum in terra Ægypti, à primogénito Pharaónis qui in sólio ejus ſedébat, uſque ad primogénitum captívæ quæ erat in cárcere, & omne primogénitum jumentórum. Surrexitque Phárao nocte, & omnes ſervi ejus, cúnctaque Ægyptus, & ortus eſt clamor magnus in Ægypto; neque enim erat domus in qua non jacéret mórtuus. Vocatíſque Phárao Móyſe & Aaron nocte, ait: Súrgite & egredímini à pópulo meo, vos & filii Iſrael: ite, immoláte Dómino ſicut dícitis. Oves veſtras & armenta aſſúmite ut petierátis, & abeúntes benedícite mihi. Urgebántque Ægyptii pópulum de terra exír ter, dicentes: O riémur.

℟. Multiplicát

Lectio ſancti I ſecundùm Matt

Lectio iij. Ca

IN illo tempoɪ intraſſet Jeſus J mam, commóta verſa cívitas, dice eſt hic? Pópuli a cébant: Hic eſt J phéta à Názareth Et intrávit Jeſus plum Dei, & ejici nes vendentes & in templo. Et réli

Homília Venerab Presbyteri

Hom. 6. inter (

EJécit Chriſtus cia rerum hur de domo illa, ir vínas tantùm res tias & oratiónes ferri, verbum I audíri & decantá ptum erat.... Si minus nec eá vol númdari in templ templo volébat c quantâ putas an ſióne puníret, ſi i ibi áliquos ríſui vi quio vacantes, au libet vítio manci enim ea quæ áli geri póterant, Dó domo ſua tempo gótia geri non quantò magis ea

:et, plus cœ-
rentur, ſi in
acrátis agan-.

iid ſpelunca
ta eſt domus
ıvocátum eſt
; * Ego, ego:
li, dicit Dó-
:riptum eſt ı.
domus ora-
tur.: vos au-
llam ſpelun-.
ı. * Ego. Gló-
Ego. *Jer.* 7.

. *Ant.* 3. c.
cœlis habita-
tátor & adjú-
illius; & ve-
alefaciendum
rdit. *II. Mach.*

ıtio.

tens & misé-
)eus, qui tem-
n tuum volui-
ratiónis vocá-
, qui deprecá-
:rint, conver-
véniam con-
'er Dóminum.

N O N.
o Tridentíno.
ıacram. Pœnit.
n. 4.
:gáverit, ad ín-
& perfectam
ı remiſſiónem
actus in pœni-
ſi matériam Sa-

cramenti Pœniténtiæ, vidélicet Contritiónem, Confeſſiónem, & Satisfactiónem, quæ tres Pœniténtiæ partes dicuntur; aut díxerit, duas tantùm eſſe Pœniténtiæ partes, terróres ſcílicet incuſſos conſciéntiæ, ágnito peccáto; & fidem conceptam ex Evangélio, vel abſolutióne, quâ credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa peccáta; anáthema ſit.

Ad Magníf. *Ant.* 1. G. Auferte iſta hinc, & nolíte fácere domum Patris mei domum negotiatiónis. Recordáti ſunt diſcípuli ejus quia ſcriptum eſt: Zelus domûs tuæ comédit me. *Joann.* 2.

Oratio.

Ascendant ad te, Dómine, preces noſtræ, & ab Eccléſia tua cunctam repelle nequítiam; Per Dóminum.

FERIA QUARTA
Quatuor Temporum.
De libro Exodi.
Lectio j. Cap. 12.

Profecti ſunt filii Iſraël de Ramaſſe in Socoth, ſexcenta ferè míllia péditum virórum, abſque párvulis. Sed & vulgus promíſcuum innumerábile aſcendit cum eis, oves & armenta & animántia diverſi géneris multa nimis.

Habitátio autem filiórum Iſrael quâ manſérunt in Ægypto, fuit quadringentórum triginta annórum. Quibus explétis, eâdem die egreſſus eſt omnis exércitus Dómini de terra Ægypti. Nox iſta eſt obſervábilis Dómini, quando eduxit eos de terra Ægypti: hanc obſerváre debent omnes filii Iſrael in generatiónibus ſuis. Dixítque Dóminus ad Móyſen & Aaron: Hæc eſt relígio Phaſe: Omnis alienígena non cómedet ex eo. Omnis autem ſervus emptítius circumcidétur, & ſic cómedet. Advena & mercenárius non edent ex eo. In una domo comedétur, nec efferétis de cárnibus ejus foràs, nec os illíus confringétis. Omnis cœtus filiórum Iſrael fáciet illud. Quòd ſi quis peregrinórum in veſtram volúerit transíre colóniam, & fácere Phaſe Dómini; circumcidétur priùs omne maſculínum ejus, & tunc ritè celebrábit; erítque ſicut indígena terræ; ſi quis autem circumcíſus non fúerit, non veſcétur ex eo. Eadem lex erit indígenæ & colóno qui peregrinátur apud vos. Fecéruntque omnes filii Iſrael ſicut præcéperat Dóminus Móyſi & Aaron. Et eâdem die eduxit Dóminus fili[...] de terra Ægypti [...] mas ſuas.

℟. Scimus, p.

Lectio ij. Cap

NUntiátum eſ[...] gyptiórum [...] giſſet pópulus: [...] túmque eſt cor P[...] & ſervórum ejus ſ[...] pulo, & dixérun[...] volúimus fácere, [...] terémus Iſrael, ne[...] nobis? Junxit ergo [...] & omnem pópulu[...] aſſumpſit ſecum. [...] que appropinquaſ[...] rao, levantes fili[...] óculos, vidérunt Æ[...] poſt ſe: & timuér[...] de: clamavérunt [...] Dóminum, & dix[...] Móyſen: Fórſitan [...] rant ſepulchra in [...] ídeò tuliſti nos ut [...] mur in ſolitúdine [...] hoc fácere voluiſti [...] ceres nos ex Ægypt[...] ne iſte eſt ſerm[...] loquebámur ad te [...] to, dicentes: Recé[...] bis, ut ſerviámu[...] ptiis? multò enim [...] erat ſervíre eis, q[...] ri in ſolitúdine. Et [...] ſes ad pópulum: N[...] mére: ſtate, & vi[...] gnália Dómini qu[...] rus eſt hódie; Æ[...] enim quos nunc [...] nequáquam ultrà [...] tis uſque in ſempi[...]

us pugnábit pro vo-
vos tacébitis......
:xtendiſſet Móyſes
ı ſuper mare, áb-
lud Dóminus flante
/ehementi & urente
ıĉte, & vertit in ſic-
diviſaque eſt aqua.
eſſi ſunt filii Iſrael
édium ſicci maris:
im aqua quaſi mu-
:xtra eórum & læva.
uentéſque Ægyptii
i ſunt poſt eos, &
equitátus Pharaó-
ırrus ejus & équites
dium maris. Jamque
erat vigília matutí-
ecce reſpíciens Dó-
ſuper caſtra Ægy-
m per columnam
k nubis, interfécit
:um eórum, & ſub-
rotas cúrruum; fere-
que in profundum.
ınt ergo Ægyptii:
nus Iſraélem; Dómi-
ıim pugnat pro eis
nos. Et ait Dómi-
: Móyſen: Extende
n tuam ſuper mare,
:rtantur aquæ ad Æ-
s ſuper currus & é-
eórum. Cùmque ex-
et Móyſes manum
mare, reverſum eſt
dilúculo ad priórem
: fugientibúſque Æ-
; occurrérunt aquæ,
olvit eos Dóminus
iis flúĉtibus.
Non in juſtificatióni-
. 136.

Léĉtio ſanĉti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 12.

In illo témpore; Reſpondérunt Jeſu quidam de Scribis & Phariſæis dicentes: Magiſter, vólumus à te ſignum vidére. Qui reſpondens ait illis; Generátio mala & adúltera ſignum quærit; & ſignum non dábitur ei niſi ſignum Jonæ Prophétæ. Et réliqua.

Homília ſanĉti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 43. in Matth. Edit. Bened. §. 5. Aliàs Homil. 44.

Viri Ninivítæ ſurgent, & condemnábunt generatiónem hanc. Sicut Ninivítæ tunc Judæos condemnábunt, ſic & nos multi condemnábunt qui nunc videntur longè inferióres eſſe. Cogitémus ergo quantus riſus, quantæ damnatiónes erunt. Cogitémus, inítium faciámus, jánuam aperiámus ad pœniténtiam. Meipſum álloquor, me primum hortor: nemo ut damnátus iraſcátur. Anguſtam viam adeámus. Uſquequò delíciæ? úſquequò oſcitántia? Non ſatiámur deſídiâ, ridentes, procraſtinantes? An éadem ſemper erunt, menſa, ſatíetas, ſumptuóſitas, pecúniæ, poſſeſſiónes, ædifícia? Ecquis eórum finis? Mors.

Quis finis? cinis, pulvis, lóculi, vermes. Novam ergo vitam exhibeámus: faciámus terram cœlum.

℞. Viri Ninivítæ ſurgent in judício cum generatióne iſta, & condemnábunt eam; quia * Pœniténtiam egérunt in prædicatióne Jonæ: & † Ecce plus quàm Jonas hic. ℣. Credidérunt in Deum, veſtíti ſunt ſaccis, & converſi ſunt de via ſua mala. * Pœniténtiam. Glória. † Ecce. *Matth.* 12. *Jon.* 3.

Ad Bened. *Ant.* 1. f. Videns regína Saba omnem ſapiéntiam Salomónis, dixit ad regem: Major eſt ſapiéntia & ópera tua quàm rumor quem audívi. Beáti ſervi tui, qui áudiunt ſapiéntiam tuam. *III. Reg.* 10.

Oratio.

SUſcípe, quæſumus, Dómine, preces noſtras; & ad aures miſericórdiæ tuæ poſtulatiónes ſacrátæ tibi plebis admitte; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Narbonenſi. *Ann.* 1609. *cap.* 10. *de obſervat. Jejun.*

CUm quadrageſimále jejúnium à traditióne Apoſtolórum hábeat Eccléſia, illud ſanctè à fidélibus obſervandum eſt: nam jejúniis ſiccátur vitiórum ſentína, marc... lántia, languet c... ſcéntia, & fugitíva voluptátes. Ideò p... quadrageſimále je... Vigíliæ, & Quátu... pora per abſtinén... cibórum deléctum ventur.

Ad Magníf. *An*... Regína Auſtri ſu... judício cum gene... iſta, & condemnáb... quia venit à finib... audíre ſapiéntiam S... nis: & ecce plus q... lomon hic. *Matth.*

Oratio.

MEmento, D... miſeratiónu... rum; & præſta ut & peccátis abſti... grato tibi jejúnio mus; Per Dómin...

FERIA QUI...

De libro Ex...

Lectio j. Cap.

MUrmurávit congregátio Iſrael contra M... Aaron in ſolitúdi... xerúntque fílii I... eos: Utinam mór... mus per manum in terra Ægypti, ſedebámus ſuper c... nium, & come... panem in ſaturit... eduxiſtis nos in ... iſtud ut occiderétis multitúdinem fam... autem Dóminus a...

ego pluam vo-
: cœlo : egrediá-
ıs , & cólligat
ınt per ſíngulos
ıtem eum utrùm
t lege mea , an
ıutem ſexto pa-
ínferant , & ſit
àm collígere ſo-
síngulos dies.....
: ergo véſpere ,
ıs coturnix coo-
:ra : manè quo-
ıit per circúitum
. Cúmque ope-
erfíciem terræ,
n ſolitúdine mi-
: quaſi pilo tu-
ilitúdinem pruí-
erram.... Appel-
omus Iſrael no-
Man , quod erat
:n coriandri al-
tuſque ejus quaſi
m melle. Dixit
óyſes : Iſte eſt
:m præcépit Dó-
mple gomor ex
uſtodiátur in fu-
ò generatiónes ,
int panem quo
in ſolitúdine ,
ducti eſtis de ter-
i. Dixitque Móy-
ıron : Sume vas
: mitte ibi Man ,
poteſt cápere go-
:póne coram Dó-
ſervandum in ge-
:s veſtras , ſicut
Dóminus Móyſi.
: illud Aaron in

tabernáculo reſervandum. Fílii autem Iſrael comedérunt Man quadraginta annis, donec veníırent in terram habitábilem : hoc cibo áliti ſunt úſquequò tángerent fines terræ Chánaan.

℟. Póſui, *p.* 135.

Lectio ij. Cap. 20.

Locútus eſt Dóminus cunctos ſermónes hos: Ego ſum Dóminus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitútis. Non habébis deos aliénos coram me. Non fácies tibi ſcúlptile, neque omnem ſimilitúdinem quæ eſt in cœlo déſuper, & quæ in terra deorsùm, nec eórum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorábis ea, neque coles : ego ſum Dóminus Deus tuus fortis, zelótes, viſitans iniquitátem patrum in fílios, in tértiam & quartam generatiónem eórum qui odérunt me, & fáciens miſericórdiam in míllia his qui díligunt me, & cuſtódiunt præcepta mea. Non aſſúmes nomen Dómini Dei tui in vanum, nec enim habébit inſontem Dóminus eum qui aſſúmpſerit nomen Dómini Dei ſui fruſtrà. Meménto ut diem Sábbati ſanctífices. Sex diébus operáberis, & fácies ómnia ópera tua. Séptimo autem die

Sábbatum Dómini Dei tui eſt : non fácies omne opus in eo , tu , & fílius tuus & fília tua , ſervus tuus & ancilla tua , jumentum tuum, & ádvena qui eſt intra portas tuas. Sex enim diébus fecit Dóminus cœlum & terram , & mare & ómnia quæ in eis ſunt , & requiévit die séptimo ; idcircò benedixit Dóminus diéi Sábbati , & ſanctificávit eum. Honóra patrem tuum & matrem tuam , ut ſis longævus ſuper terram quam Dóminus Deus tuus dabit tibi. Non occídes. Non mœcháberis. Non furtum fácies. Non loquéris contra próximum tuum falſum teſtimónium. Non concupiſces domum próximi tui , nec deſiderábis uxórem ejus , non ſervum , non ancillam , non bovem , non áſinum , nec ómnia quæ illíus ſunt.

℟. Juſtus es , *p.* 135.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 15.

IN illo témpore; Jeſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidónis. Et ecce múlier Chananæa à fínibus illis egreſſa clamávit , dicens ei : Miſerére meî , Dómine fili David : fília mea malè à dæmónio vexátur. Et réliqua.

Homília ſancti J
Chryſóſtom
Homil. de Chana
§. 4. & 5.

ECce múlier de
illis egreſſa i
eum , dicens : Dór
David, miſerére me
geliſta múlier fit ,
vinitátem Incarnat
que confitétur. Dó
dominatiónem ; fili
Incarnatióné dénot
ſerére meî , vide p
phicam ánimam. M
meî , non hábeo co
tiam bonórum óp
non rectæ vitæ fidi
ad miſericórdiam
gio , ad commúne
catórum portum. A
ricórdiam confúgi
nullum tribúnal ,
ne exámine ſalus...
deſcendit , ídeò carn
ſumpſit, ut ego ipſu
quar.... Consídera
philoſóphiam. Ille
non reſpondit ei v
Quare ? Quia verb
examinábat , ſed
mentis animadvert
le autem non reſpo
verbum. Quid autem
puli ? quia reſponſi
lier non obtinébat
dentes ad eum, dicu
mitte illam , quia
poſt nos. Sed tu ex
audis clamórem , eg
num : magna eſt vo
ſed major mentis.

Si cor noſtrum non
énderit nos, fidú-
ıabémus ad Deum :
Quidquid petiéri-
accipiémus ab eo,
ım mandáta ejus cu-
us. ℣. Erit noſtrî mi-
s, ſi cuſtodiérimus
:rimus ómnia præ-
ejus. * Et. Glória.
dquid. *I. Joann.* 3.
6.

Bened. *Ant.* 6. F.
npediáris oráre ſem-
nte oratiónem præ-
ꝛimam tuam, & noli
ıaſi homo qui tentat
Eccli. 18.

Oratio.

us, qui in húmili
ꝛrſeverantes oratió-
ignus exaudis : da
:onſtantem fidei ac
ònis affectum ; ut
o ſalúte noſtra ſup-
· expóſcimus, hæc,
ente, conſequámur;
ıminum.

ANON.

ıncílio Tridentíno.
ſ. de Juſtific. cap. 6.
ponuntur adulti ad
ſam juſtítiam, dum
i divínâ grátiâ & ad-
em ex audítu conci-
, líberè moventur
m, credentes vera
ꝛ divínitùs reveláta
:miſſa ſunt ;.... &
:ccatóres ſe eſſe in-
ıtes, à divínæ juſtí-
nóre quo utíliter
urs Verna.

concutiuntur, ad conſide-randamDei miſericórdiam ſe convertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum pro-pítium fore, illúmque tan-quam omnis juſtítiæ fon-tem dilígere incípiunt.

Ad Magníf. *Ant.* 5. a. Jeſus ait mulieri : Non eſt bonum súmere panem fi-liórum, & míttere cáni-bus. At illa dixit : Etiam, Dómine ; nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominórum ſuó-rum. Tunc Jeſus ait illi : O múlier, magna eſt fides tua : fiat tibi ſicut vis. *Matth.* 15.

Oratio.

DEprecatiónem noſ-tram, quæſumus, Dó-mine, benignus exaudi, & quibus ſupplicandi præſtas affectum, tribue defenſiónis auxílium ; Per Dóminum.

FERIA SEXTA
Quatuor Temporum.

De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 24, 31 *&* 32.

DIxitDóminus ad Móy-ſen : Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, dabóque tibi tábulas lapí-déas, & legem ac mandá-ta quæ ſcripſi, ut dóceas eos. Surrexérunt Móyſes & Jóſue miniſter ejus : a-ſcendénſque Móyſes in montem Dei, ſenióribus ait ; Expectáte hîc donec

revertámur ad vos. Habétis Aaron & Hur vobiſcum: ſi quid natum fúerit quæſtiónis, referétis ad eos. Cúmque aſcendiſſet Móyſes, opéruit nubes montem, & habitávit glória Dómini ſuper Sínaï, tegens illum nube ſex diébus: séptimo autem die vocávit eum de médio calíginis. Erat autem ſpécies glóriæ Dómini, quaſi ignis ardens ſuper vérticem montis in conſpectu filiórum Iſrael. Ingreſſúſque Móyſes médium nébulæ aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diébus & quadraginta nóctibus.... Dedítque Dóminus Móyſi... in monte Sínaï duas tábulas teſtimónii lapídeas, ſcriptas dígito Dei.... Videns autem pópulus, quòd moram fáceret deſcendendi de monte Móyſes, congregátus adversùs Aaron dixit: Surge, fac nobis deos qui nos præcédant: Móyſi enim huic viro qui nos eduxit de terra Ægypti, ignorámus quid accíderit. Dixítque ad eos Aaron: Tollite inaures áureas de uxorum, filiorúmque & filiárum veſtrárum áuribus, & afferte ad me. Fecítque pópulus quæ júſſerat, déferens inaures ad Aaron. Quas cùm ille accepiſſet, formávit ópere fusório, & fecit ex eis vítulum c tilem. Dixerúntque ſunt dii tui, Iſrael, eduxérunt de terra pti. Quod cùm vidiſſ ron, ædificávit altá ram eo, & præcónis clamávit, dicens: C lémnitas Dómini eſt gentéſque manè ol runt holocauſta, & h pacíficas, & ſedit pó manducáre & bíbe ſurrexérunt lúdere.

℟. Scrutémur, 1

Lectio ij. Cap. 32.

LOcútus eſt Dómi Móyſen dicens: deſcende; peccávit lus tuus, quem edux terra Ægypti.... Cú appropinquaſſet ad c vidit vítulum & ch iratúſque valdè, p de manu tábulas, & frégit eas ad radícem tis. Arripiénſque ví quem fécerant, con & contrívit uſque a verem quem ſparſit quam, & dedit ex tum fíliis Iſrael...E in porta caſtrórum, quis eſt Dómini, ju mihi. Congregatíqu ad eum omnes filii quibus ait: Hæc dic minus Deus Iſrael: vir gládium ſuper ſuum: ite & redíte de uſque ad portam pe dium caſtrórum, &

ıſquiſque fratrem, um, & próximum ecerúntque filii Le- . ſermónem Móyſi, úntque in die illa ginti tria míllia hó- . Et ait Móyſes : raſtis manus veſtras Dómino, unuſquiſ- filio, & in fratre t detur vobis bene- ... [illegible]cídit Móyſes bulas lapídeas, qua- eà fúerant : & de onſurgens aſcendit tem Sínai, ſicut præ- : ei Dóminus, por- cum tábulas.... Fuit i cum Dómino qua- ta dies & quadragin- es : panem non co- & aquam non bibit, ſit in tábulis verba s decem. Cúmque deret Móyſes de Sínai, tenébat duas ; teſtimónii, & igno- quòd cornúta eſſet ua ex consórtio ſer- Dómini. Videntes Aaron & filii Iſrael am Móyſi fáciem, unt propè accédere, que ab eo, reverſi m Aaron quàm prin- ynagógæ. Et poſt- locútus eſt ad eos, int ad eum étiam filii Iſrael, quibus it cuncta quæ audíe- ómino in monte Sí- npletíſque ſermóni- bus, póſuit velámen ſuper fáciem ſuam: quod ingreſ- ſus ad Dóminum & loquens cum eo, auferébat, donec exíret; & tunc loquebátur ad filios Iſrael ómnia quæ ſibi fúerant imperáta.

℟. Multiplicátæ, 136.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio iij. Cap. 5.

IN illo témpore: Erat dies feſtus Judæórum, & aſcendit Jeſus Jeroſólymam. Eſt autem Jeroſólymis probática piſcína. Et réliqua.

Homília ſancti Cyrilli Alexandríni Epíſcopi.

Comment. in Joann. libr. 2. Cap. 5. in hæc verba c. Vis ſanus fieri.

MAnifeſtum argumentum ſummæ Chriſti bonitátis, quòd útique laborántium preces non expectet; ſed petitiónem benignitáte ſuâ prævéniat. Occurrit enim, ut vides, jacenti; & miserátur ægrum, ántequam æger ei ſúpplicet. Quòd autem intérrogat utrùm velit infirmitáte liberári, non iſtud eſt ignorantis id quod ómnibus certè patébat; ſed ad veheméntius illíus rei ſtúdium excitantis, & ad flagitandam ſanitátem inſtigantis. Quòd autem intérrogat utrùm velit re optátâ frui, émphaſim quam-

dam habet, quâ ſignificat ſe eam præbére poſſe, jamque ad id præſtandum parátum eſſe, ſolámque petitiónem ejus qui grátiam acceptúrus erat, præſtolári.

℟. Erat homo triginta & octo annos habens in infirmitáte. Dicit ei Jeſus: Vis ſanus fieri? Reſpondit: * Dómine, hóminem non hábeo. Dicit ei Jeſus: Tolle grabátum tuum, & ámbula; & † Statim ſanus factus eſt. ℣. Reſpíciens eram ad adjutórium hóminum, & non erat. * Dómine. Glória. † Statim. *Joann.* 5. *Eccli.* 51.

Ad Bened. *Ant.* 4. f. Fili, peccaſti? non adjícias iterùm; ſed & de priſtinis deprecáre, ut tibi dimittantur. *Eccli.* 21.

Oratio.

PRopitiáre, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & animárum noſtrárum medére languóribus, ut, peccatórum remiſſióne perceptâ, in tua ſemper benedictióne lætémur; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Monſpelienſi. *An.* 1258. *Cap.* 2.

IN tonſurando cautélam hábeat Ordinátor, ut talem aſcríbat milítiæ clericáli, qui ex devotióne, non per fraudem adſcríbi cúpiat Ordini clericáli, & qui non ſit omnín ſciéntiæ clericális

Ad. Magníf. *A* Ecce ſanus factus noli peccáre, ne tibi áliquid co *Joann.* 5.

Oratio.

AUxiliáre, D quæréntibus córdiam tuam, & niam confiténtibus ſupplícibus, ut, qu méritis flagellámu miſeratióne ſalvém Dóminum.

S A B B A

Quatuor Tempo

De libro Exo

Lectio j. Cap. 35

AIt Móyſes ad catervam filió rael: Iſte eſt ſermo præcépit Dóminus Separáte apud vos tias Dómino... Egr omnis multitúdo f Iſrael de conſpectu ſi, obtulérunt ment ptíſſimâ atque dev mítias Dómino, ad dum opus tabernác ſtimónii. Quidquid tum, & ad veſtes neceſſárium erat, v muliéribus præbuér Fecit ergo Beſéleel liab, & omnis vir ſ quibus dedit Dómi piéntiam & intell ut ſcirent fabrè oper in uſus ſanctuárii n

k quæ præcépit

us, 136.
ij. Cap. 40.
enſe primo anni
primâ die men-
átum eſt taber-
Erexitque Móy-
t póſuit tábulas
& vectes, ſta-
lumnas, & ex-
um ſuper taber-
mpóſito déſuper
o, ſicut Dómi-
iverat. Póſuit &
m in arca, ſúb-
réctibus, & orá-
ſuper. Cùmque
rcam in taber-
appendit ante
n, ut explêret
iſſiónem. Póſuit
in tabernáculo
ad plagam ſep-
m extra velum,
coràm propoſi-
ibus, ſicut præ-
óminus Móyſi.
candelábrum in
lo teſtimónii è
nenſæ in parte
locátis per ordi-
inis juxta præ-
ómini. Póſuit &
eum ſub tecto te-
ontra velum, &
ſuper eo incen-
atum, ſicut júſ-
inus Móyſi. Pó-
tórium in intrói-
culi teſtimónii,
olocauſti in ve-
ſtíbulo teſtimónii, ófferens in eo holocauſtum & ſacri-fícia, ut Dóminus imperáverat. Labrum quoque ſtátuit inter tabernáculum teſtimónii & altáre, implens illud aquâ.... Erexit & átrium per gyrum tabernáculi & altáris, ducto in intróitu ejus tentório. Poſtquam ómnia perfecta ſunt, opéruit nubes tabernáculum teſtimónii, & glória Dómini implévit illud.

℞. Non in juſtificatiónibus, 136.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio iij. Cap. 8.

In illo témpore: Dicébat Jeſus ad eos, qui credidérunt ei, Judæos: Si vos mansériris in ſermóne meo, verè diſcípuli mei éritis, & cognoſcétis veritátem, & véritas liberábit vos. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 41. in Joann. Evang. §. 4.

Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccátum, ſervus eſt peccáti. O miſerábilis ſérvitus! Plerumque hómines, cùm dóminos malos patiuntur, venáles ſe petunt; non quærentes dóminum non habére, ſed ſaltem mutáre. Servus peccáti quid fáciat? quem inter-

pellet ? apud quem interpellet ? apud quem ſe venálem petat ? Deinde ſervus hóminis aliquando ſui dómini duris impériis fatigátus, fugiendo requieſcit : ſervus peccáti quò fugit ? ſecum ſe trahit, quocumque fúgerit. Non fugit ſeipſam mala conſciéntia: non eſt quò eat ; séquitur ſe, imò non recédit à ſe : peccátum enim quod facit, intùs eſt. Fecit peccátum ut áliquam corporálem cáperet voluptátem : voluptas tranſit, peccátum manet : prætériit quod delectábat, remanſit quod pungat.

℟. Greſſus meos dirige ſecundùm elóquium tuum, Dómine, & * Non dominétur meî omnis injuſtitia. † Fáciem tuam illúmina ſuper ſervum tuum. ℣. Omnis qui facit peccátum, ſervus eſt peccáti. * Non. Glória. † Fáciem. *Pſ.* 118. *Joann.* 8.

Ad. Bened. *Ant.* 7. a. Si vos manséritis in ſermóne meo, verè diſcipuli mei éritis, & cognoſcétis veritátem, & véritas liberábit vos. *Joann.* 8.

Oratio.

PRotector noſter, áſpice, Deus ; ut, qui peccatórum noſtrórum ſervitúte deprímimur, véniâ perceptâ, liberâ tibi mente ſerviámus ; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Aquenſi. *An.* 1585. *tit.* 15.

HOrtátur hæc Synodus omnes qui ad Subdiaconátûs, Diaconátûs, ac Presbyterátûs Ordines promovendi ſunt, ut ántequam accédant, de peccátis ómnibus totius anteactæ vitæ generáliter confiteantur, ac ſpirituáles áliquas exercitatiónes ab Epíſcopo præſcribendas óbeant, adhíbito ſibi duce & moderatóre viro religióſo, quem Epíſcopus præfécerit.

AD VESPERAS.

Antiphona & Pſalmi de Sabbato.

Capitulum. Ezech. 18.

SI ímpius égerit pœniténtiam ab ómnibus peccátis ſuis quæ operátus eſt, & cuſtodíerit ómnia præcepta mea, & fécerit judícium & juſtítiam, vitâ vivet, & non moriétur: ómnium iniquitátum ejus quas operátus eſt, non recordábor.

Hymnus Audi, benigne Cónditor. ℣. Opérui, 144 & 145.

Ad Magníf. *Ant.* 1. f. Tulit Moyſes unctiónis óleum quo linívit tabernáculum, unxit altáre, & ómnia vaſa ejus ſanctificávit óleo : quod fundens ſuper caput Aaron, unxit eum & conſecrávit ; filios

ejus veſtívit ut júſ-
minus. *Levit.* 8.
, *infra ad Laudes.*
I I N I C A I I.
uadrageſimæ.
MATUTINUM.
. Veníte, * Rever-
d Dóminum, & ſa-
os. *Oſ.* 6.
nus Veníte. *pag.* 2.
nus. En tempus, *p.*

Ant. & ℣.℣.℣. *ut*
terio.
NOCTURNO.
it liber Levítici.
tio j. Cap. 1.
ávit Móyſen, &
útus eſt ei Dómi-
tabernáculo teſti-
dicens: Lóquere
ſrael, & dices ad
omo qui obtúlerit
s hóſtiam Dómino
ribus, id eſt, de bo-
óvibus ófferens ví-
ſi holocauſtum fúe-
oblátio, ac de ar-
, máſculum imma-
ı ófferet ad óſtium
culi teſtimónii, ad
lum ſibi Dóminum;
ue manum ſuper ca-
tiæ, & acceptábilis
ue in expiatiónem
ofíciens. Immola-
vítulum coram Dó-
& ófferent filii Aa-
erdótes ſánguinem
undentes per altá-
ıtum quod eſt ante
tabernáculi.

℟. Hæc eſt lex holocauſti: Cremábitur in altári totâ nocte; ignis ex eódem altári erit: * Ignis eſt iſte perpétuus qui nunquam defíciet. ℣. Dixit Dóminus: Ignem veni míttere in terram, & quid volo niſi ut accendátur? * Ignis eſt. *Levit.* 6. *Luc.* 12.

Lectio ij. Cap. 8.

Congregátâ omni turbâ ante fores tabernáculi, ait Móyſes: Iſte eſt ſermo quem juſſit Dóminus fieri. Statímque óbtulit Aaron, & fílios ejus. Cúmque laviſſet eos, veſtívit pontíficem ſubúculâ líneâ, accingens eum bálteo, & índuens eum túnicâ hyacínthinâ, & déſuper humerále impóſuit, quod aſtringens cíngulo aptávit rationali, in quo erat, Doctrina & Véritas. Cidari quoque texit caput: & ſuper eam contra frontem póſuit láminam áuream conſecrátam in ſanctificatióne, ſicut præcéperat ei Dóminus. Tulit & unctiónis óleum quo linívit tabernáculum cum omni ſupelléctili ſua. Cúmque ſanctíficans aſperſiſſet altáre ſeptem vícibus, unxit illud & ómnia vaſa ejus, labrúmque cum baſi ſua ſanctificávit óleo. Quod fundens ſuper caput Aaron, unxit eum & conſe-

erávit. Fílios quoque ejus oblátos veſtívit túnicis líneis, & cinxit bálteis, impoſuítque mitras, ut júſſerat Dóminus.

℟. Irritam quis fáciens legem Móyſi, ſine ulla miſeratióne móritur: * Quantò magis putátis deterióra meréri ſupplícia qui Spirítui grátiæ contuméliam fécerit? ℣. Arreptis Nadab & Abiu fílii Aaron thuríbulis, poſuérunt incenſum offerentes ignem aliénum; egreſſuſque ignis à Dómino devorávit eos. * Quantò. *Hebr.* 10. *Levit.* 10.

Lectio iij. *Cap.* 9.

Dixit Móyſes ad Aaron: Accéde ad altáre, & ímmola pro peccáto tuo: offer holocauſtum, & deprecáre pro te & pro pópulo: cúmque mactáveris hóſtiam pópuli, ora pro eo ſicut præcépit Dóminus. Statimque Aaron accédens ad altáre, immolávit vítulum pro peccáto ſuo: ... immolávit & holocauſti víctimam.... Et pro peccáto pópuli ófferens mactávit hircum: expiatóque altári, fecit holocauſtum.... Immolávit & bovem atque aríetem, hóſtias pacíficas pópuli. Et extendens manus ad pópulum, benedixit ei. Sicque complétis hóſtiis pro peccáto, & holocauſtis & pacíficis, deſcendit. Ingreſſi autem Móyſes & Aaron in tabernáculum teſtimónii, & deinceps egreſſi benedixérunt pópulo: apparuítque glória Dómini omni multitúdini. Et ecce egréſſus ignis à Dómino devorávit holocauſtum & ádipes quæ erant ſuper altáre. Quod cùm vidiſſent turbæ, laudavérunt Dóminum ruentes in fácies ſuas.

℟. Qui díligit próximum, legem implévit: Nam, Non occídes, non furáberis; * Et ſi quod eſt áliud mandátum, in hoc verbo inſtaurátur: Díliges próximum tuum ſicut teipſum. † Plenitúdo legis eſt diléctio. ℣. Non fácies quod iníquum eſt: non eris criminátor, nec ſuſúrro in pópulo; non óderis fratrem tuum. * Et. Glória. † Plenitúdo. *Rom.* 13. *Levit.* 19.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Ambróſii Epíſcopi de Elia & jejúnio.

Lectio iv. *Cap.* 21. *Edit. Bened.* §. 79.

Athlétæ ſumus, legítimè certandum eſt. Multa luctámina ſunt: & qui hódie victus eſt, cras ſe réparat. Antè ad bravium conténditur, póſteà ad corónam. Numquid athléta ótio vacat, cùm ſemel dé-

uni nomen ſuū?
quotídie, úngi-
:. Ipſe cibus ei
datur, diſcipli-
, caſtimónia cu-
: tu dediſti no-
l agónem Chri-
ſiſti ad compe-
rónæ: meditá-
e, úngere óleo
guento exinaní-
us cibus ſobrie-
ihil hábeat in-
æ, nihil luxú-
uus párcior, ne
táris obrépat.
rporis caſtimó-
ſſis eſſe hábilis
a; ne exiſtimá-
endat ſpectató-
a; ne te fautó-
egligentem ví-
éſerant.

, 162.

ctio v.

te Archángeli,
státes, & Domi-
& illa Angeló-
millia decem
ib tantis ſpecta-
réſcere, consíde-
decoróſum ſit.
ádium, púlvere
imæ tuæ éxcita,
ente. Progreſſus
, neceſſe eſt ut
lverem, súbeas
s flagrántiam.
us, ſed dulcis
moleſta calígo
ed ſpecióſa to-
Nemo ſtádium

pulverulentus ingréditur, ſed pulverulentum reddunt certámina. Ibi collígitur pulvis, ubi palma propónitur. Nemo iterùm nítidus coronátur, pulverulentum decet victória.

℟. Defécit, 162.

Lectio vj. §. 80.

VEni ergo, Dómine Jeſu, éxeat coróna tua, admitte victóres in réquiē, victos ad compunctiónem. Et ſi diſperdis orbem terrárum, plura ſunt inviſibília ópera tua, quàm quæ vídimus. Qui anguſtióris eſt ánimi, illa non cernit; dolet quòd diſperdas orbem terrárum: ſed qui novit ſpectáre quæ inviſibília ſunt, gaudet ut vénias, & omnes líberes. Gaudent athlétæ qui poſſunt dícere: Véniat regnum tuum; fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Gaudébit creatúra mundi, ut à vanitáte mundi iſtíus liberétur, quæ nunc congemiſcit & párturit: quia vanitáti étiam illa creatúra ſubjecta eſt, donec multiplicétur adóptio filiórum, & totíus córporis redémptio compleátur. In bono ergo diſperdét orbem terrárum. Erit étenim cœlum novum, & nox non erit ámpliùs. Dénique revelábit fáciē ejus, ut revelátâ fácie ſpectémus glóriam Chriſti.

℟. Si confiteámur, 163.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 17.

IN illo témpore: Aſsúmit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum ſeorsùm, & transfigurátus eſt ante eos. Et réliqua.

Homília Venerábilis Bedæ Presbyteri.

Homil. in Feſto Transfigurat. Domini, inter Æſtivales de Sanctis.

QUia Dóminus ac Redemptor noſter electos ſuos per hujus vitæ labóres ad illam quæ labórem neſcit, vitam futúræ beatitúdinis introdúcere diſpóſuit, modò per Evangélium ſuum ſudóres certáminum temporálium, modò æternórum deſcríbit palmam præmiórum: ut audítis vidélicet agónum neceſſitátibus, meminerint ſibi réquiem in hac vita nequáquam eſſe petendam: audítâ rursùm dulcédine futúræ retributiónis, léviùs ferant mala tranſeúntia, quæ bonis ſperáverint remuneranda perpétuis.... Et poſt ſex dies aſsúmit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum. Oſtensúrus gloriã ſuam diſcípulis in m... eos ducit excelſum ... ceat omnes qui han... re desíderant, non ... mis jacére volupt... non illécebris ſervi... nálibus, non cupid... adhæréſcere terrén... æternórum amóre ... perna ſemper érig...

℟. Super flúmin... lónis sédimus & flé... cùm recordarémur ... Interrogavérunt ... captívos duxérunt ... Hymnum cantáte ... de cánticis Sion. ... modò cantábimus ... cum Dómini in ter... ra? ℣. Noſtra con... in cœlis eſt. * Qu... *Pſ. 136. Philipp.*

Lectio viij. Poſt ...

ET transfiguráti... te eos, & reſ... fácies ejus ſicut ſo... menta autem ej... ſunt alba ſicut nix... figurátus eſt ante ... los Dóminus, & ... poris glóriam quâ ... ſurrectiónem erat i... dum, ſigníficat: ... rum ómnium qua... ritátis poſt reſurre... ſint córpora futúr... feſtat.... Quòd ſi b... trus glorificátam ... humanitátem cor... tus, tanto affícitur ... ut nullátenùs ab ej... tu velit ſecerni....

: , quis ſen-
prehéndere ,
;aúdia juſtó-
ccéſſerint ad
ı , & ad civi-
rentis Jeruſa-
rum míllium
requéntiam :
tátis ejúſdem
condirórem
er ſpéculum,
te ſicut nunc ,
ciem conſpé-

ıtáneum & le-
ıis noſtræ æ-
: pondus ope-
s , non con-
nobis quæ vi-
quæ non vi-
)uæ enim vi-
porália ſunt ;
on videntur ,
℣. Quàm ma-
lo dulcédinis
c , quam abſ-
ıéntibus te !
Cor. 4. Pſ. 30.
. *in fine.*
ram , fratres
ıi , conſcién-
nur ; &, ſi Dó-
ı vidére dele-
is carnálibus
ſubcámus in
tútum. Si ad
Dómini candi-
nére vólumus,
nos ab omni
to carnis &
fficientes ſan-
n timóre Dei.

Si vocem Dei Patris audíre , ſi conſubſtantiális ejus Fílii majeſtátem deſiderámus intuéri , ſtudeámus ſollíciti perverſa & inutília mortálium verba declináre ; ſtudeámus à ſupervácuis séculi fallentis óculos avértere ſpectáculis , quátenus reſurrectiónis noſtræ glóriâ coruſcante , & ipſi quoque , quæ modò nequímus , magnália noſtri conditóris vidére ſimul , & dícere mereámur.

℟. Vidémus nunc per ſpéculum & in ænígmate , tunc autem fácie ad fáciem. * Nunc cognoſco ex parte , tunc autem † Cognoſcam , ſicut & cógnitus ſum. ℣. Sitívit ánima mea ad Deum fortem , vivum. Quando véniam & apparébo ante fáciem Dei ? * Nunc. Glória. † Cognoſcam. *I. Cor.* 13. *Pſ.* 41.

Non dicitur Te Deum.

AD LAUDES.

Antiphona, 4. d.

PŒniténtiam ágite ; appropinquávit enim regnum cœlórum. *Matth.* 3.

Ant. 7. b. Quàm anguſta porta , & arcta via eſt quæ ducit ad vitam ! *Matth.* 7.

Ant. 1. G. Satágite , ut per bona ópera certam veſtram vocatiónem & electiónem faciátis. *II. Petr.* 1.

Super Canticum, Peccávimus, *p.* 136.

Ant. 2. D. Si ſpíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. *Rom.* 8.

Ant. 8. c. Non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. *Rom.* 8.

Capitulum, *II. Cor.* 7.

HAs habentes promiſſiónes, cariſſimi, mundémus nos ab omni inquinamento carnis & ſpíritûs, perficientes ſanctificatiónem in timóre Dei.

Hymnus, Profána ceſſent. ℣. Audítam, *p.* 137.

Ad Bened. *Ant.* 5. a. Ecce vox de nube dicens: Hic eſt Fílius meus dilectus, in quo mihi benè compiácui: ipſum audíte. *Matth.* 17.

Oratio.

DEus, qui nos inter mundi perícula, cœleſtis beatitúdinis expectatióne ſuſtentas; præſta ut, terréna deſpicientes, quæ ſurſùm ſunt perpétuò, ſapiámus; Per Dóminum.

AD HORAS.

Omnia ut in Dominicâ I. Quadrageſimæ, 165. *exceptis Canone & Oratione.*

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 14. *de Pœnit. Cap.* 4.

DEclárat ſancta Synodus Contritiónem non ſolùm ceſſatiónei[...] cáto, & vitæ nov[...] ſitum & inchoati[...] véteris étiam ódi[...] nére, juxta illud: [...] à vobis omnes i[...] veſtras in quibus [...] cáti eſtis; &, fác[...] cor novum, & [...] novum.

AD VESPE[...]

Antiphonæ de L[...]

Capitulum. I. J[...]

CAríſſimi, n[...] Dei ſumus [...] quóniam cùm ap[...] símiles ei érimus, vidébimus eum sí[...] & omnis qui ha[...] ſpem in eo, ſanct[...] ſicut & ille ſanct[...]

Hymnus, Aud[...] gne Cónditor, 1[...]

℣. Sanat Dómi[...] trítos corde, ℟. [...] contritiónes eór[...] 146.

Ad Magníf. *A*[...] Deſcendéntibus [...] de monte, præcé[...] ſus dicens: Némi[...] tis viſiónem, don[...] hóminis à mórtu[...] gat. *Matth.* 17.

FERIA SECU[...]

De libro Lev[...]

Lectio j. Ca[...]

ARreptis Nad[...] biu filii Aar[...] bulis, poſuérunt[...]

déſuper, offeren-
Dómino ignem
quod eis præce-
i erat. Egreſſuſ-
à Dómino devo-
, & mórtui ſunt
ómino. Dixitque
d Aaron : Hoc
locútus eſt Dó-
nctificábor in iis
pinquant mihi,
pectu omnis pó-
icábor. Quod áu-
iit Aaron. Vocá-
Móyſes Miſaéle
ian filiis Oziel,
ron, ait ad eos :
ollite fratres ve-
nſpectu ſanctuá-
ortáre extra ca-
eſtimque pergen-
nt eos ſicut jacé-
litos líneis túni-
cérunt foras, ut
: imperátum....
que Dóminus ad
Vinum & omne
riáre poteſt, non
& filii tui, quan-
is in tabernácu-
iónii, ne moriá-
i præceptum ſem-
eſt in generatió-
s : & ut habeátis
diſcernendi inter
& profánum, in-
um & mundum;
ue filios Iſrael
gítima mea quæ
t Dóminus ad eos
m Móyſi.
...i, 1-9, 4-35. —

Lectio ij. Cap. 16.

LOcutúſque eſt Dóminus ad Móyſen poſt mortem duórum filiórum Aaron, quando offerentes ignem aliénum interfecti ſunt; & præcépit ei dicens: Lóquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni témpore ingrediátur ſanctuárium, quod eſt intra velum, coram propitiatório quo tégitur arca, ut non moriátur, quia in nube apparébo ſuper orâculum; niſi hæc antè fécerit : vítulum pro peccáto ófferet, & aríetem in holocauſtum. Túnicâ líneâ veſtiétur, feminálibus líneis verenda celábit : accingétur zonâ líneâ, cídarim líneam impónet cápiti; hæc enim veſtimenta ſunt ſancta, quibus cunctis, cùm lotus fúerit, induétur. Suſcipiétque ab univerſa multitúdine filiórum Iſrael duos hircos pro peccáto, & unum aríetem in holocauſtum. Cúmque obtúlerit vítulum, & oráverit pro ſe, & pro domo ſua, duos hircos ſtare fáciet coram Dómino in óſtio tabernáculi teſtimónii : mitténſque ſuper utrumque ſortem, unam Dómino, & álteram capro emiſſário : cujus exíerit ſors Dómino, ófferet illum pro peccáto : cujus autem in caprum emiſſárium, ſta-

tuet eum vivum coram Dómino, ut fundat preces ſuper eo.... & póſitâ utrâque manu ſuper caput ejus, confiteátur omnes iniquitátes filiórum Iſrael, & univerſa delicta atque peccáta eórum: quæ imprecans cápiti ejus, emittet illum per hóminem parátum in deſertum.

℟. Juſtus es, Dómine, *p.* 135.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio iij. Cap. 8.

IN illo témpore: Dixit Jeſus Phariſæis: Ego vado, & quærétis me, & in peccáto veſtro moriémini. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 38. *in Joann. Evang.* §. 6. & 7.

TOta infelícitas Judæórum ipſa erat, non peccátum habére, ſed in peccátis mori. Hoc eſt quod debet fúgere omnis Chriſtiánus: propter hoc ad Baptiſmum cúrritur: propter hoc qui ægritúdine vel aliunde periclitantur, ſibi desíderant ſubveníri: propter hoc étiam ſugens párvulus à matre piis mánibus ad Eccléſiam fertur, ne ſine Baptiſmo éxeat, & in peccáto quo natus eſt, moriátur. Infelicíſſima condítio, míſera ſors, iſtórum qui de ore veridico audiérunt: In peccátis veſtris moriémini. Unde tamen hoc eis contingat, expónit: Si enim non credidéritis quia ego ſum, moriémini in peccátis veſtris.... Ergo ſi credidéritis quia ego ſum, non moriémini in peccátis veſtris. Réddita eſt ſpes deſperántibus, excitátio facta dormiéntibus.

℟. Quia vocávi, & renuiſtis; ego quoque * In intéritu veſtro ridébo, & ſubſannábo: † Qui autem me audíerit, abſque terróre requieſcet. ℣. Ego vado, & quærétis me, & in peccáto veſtro moriémini. * In intéritu. Glória. † Qui. *Prov.* 1. *Joann.* 8.

Ad Bened. Ant. 3. Extendi manum meam, & non fuit qui aſpíceret. Invocábunt me, & non exáudiam; manè conſurgent, & non invénient me. *Prov.* 1.

Oratio.

EXaudi nos, miſéricors Deus, & ad expiánda peccáta noſtra, pœniténtiæ ſalutáris tempus & fructum nobis largíre propítius; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 14. *de Pœnit. c.* 4.

DOcet ſancta Synodus, etſi contritiónem hanc

aritáte perfe-
ontingat, ho-
Deo reconciliá-
m Pœniténtiæ
m actu ſuſci-
m nihilóminus
ónem ipſi con-
acramenti vo-
illa inclúditur,
ribendam.
iſ. *Ant.* 2. D.
léritis quia ego
mini in peccá-
oann. 8.
ratio.
e, miséricors
ut devótus ti-
emper exiſtat,
leméntia quod
deſinenter ob-
Dóminum.
TERTIA.
o Levítici.
j. Cap. 19.
mea cuſtodíte,
uárium meum
go Dóminus.
étis ad magos,
lis áliquid ſci-
ut polluámini
Ego Dóminus
r. Coram cano
ſurge, & ho-
nam ſenis; &
num Deum tuū.
óminus. Si ha-
dvena in terra
morátus fúerit
ion exprobrétis
inter vos quaſi
k diligétis eum
etipſos; fuiſtis

enim & vos ádvenæ in terra Ægypti. Ego Dóminus Deus veſter. Nolíte fácere iníquum áliquid in judício, in régula, in póndere, in mensúra. Statéra juſta, & æqua ſint póndera, juſtus módius æquuſque ſextárius. Ego Dóminus Deus veſter qui eduxi vos de terra Ægypti. Cuſtodíte ómnia præcepta mea & univerſa judícia, & fácite ea. Ego Dóminus.

℟ Scrutémur, *p.* 136.

Lectio ij. Cap. 24.

Ecce egreſſus fílius mulíeris Iſraelítidis, quem pepérerat de viro Ægyptio inter fílios Iſrael, jurgátus eſt in caſtris cum viro Iſraelíta. Cúmque blaſphemaſſet nomen Dómini, & maledixiſſet ei, addúctus eſt ad Móyſen...... miſerúntque eum in cárcerem, donec noſſent quid jubéret Dóminus. Qui locútus eſt ad Móyſen dicens: Educ blaſphémum extra caſtra, & ponant omnes qui audiérunt, manus ſuas ſuper caput ejus, & lápidet eum pópulus univerſus. Et ad fílios Iſrael loquéris: Homo qui maledíxerit Deo ſuo, portábit peccátum ſuum; & qui blaſphemáverit nomen Dómini, morte moriátur. Lapídibus ópprimet eum om-

nis multitúdo, ſive ille civis, ſive peregrínus fúerit. Locutúſque eſt Móyſes ad fílios Iſrael: & eduxérunt eum qui blaſphemáverat, extra caſtra, ac lapídibus oppreſſérunt.

℞. Multiplicátæ, *p.* 136.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 23.

IN illo témpore: Jeſus locútus eſt ad turbas, & ad diſcípulos ſuos, dicens: Super cáthedram Móyſi ſedérunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque díxerint vobis, ſerváte & fácite: ſecundùm ópera verò eórum nolíte fácere. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 72. *in Matth.* §. 1. *Aliàs Homil.* 73.

AUditóres ut emendet Chriſtus, illud máximè jubet quod primùm ad ſalútem conducébat; nempe doctóres non contémnere; nec contra ſacerdótes insúrgere. Neque modò jubet, ſed étiam ipſe ſervat. Nam corruptos illos è gradu non déjicit, quâ ratióne illis grávius judícium attrahébat: diſcípulis verò nullam relinquébat inobediéntiæ occaſiónem. Ne quis porrò díceret: Quia ímprobus doctor eſt, ídeò ſégnior evási; hunc quo-

que obtentum au
ergo illórum prin
conſtítuit, etiam ſ
bi eſſent; ita ut j
tam ipſis oblátam
tiónem díceret:
quæcumque díxer
bis, fácite: nequ
ſua dicunt, ſed
ſunt, quæ per
ille præcépit. Anim
quantum Móyſi déſ
nórem, rursùs ſu
véteri lege conc
oſtendens, quando
hinc illos venerábi
dit: Super cáthedra
ſi ſedérunt, inqui
non póterat illos
commendáre, id à
rebus licébat, facit
de nempe & à ſucc

℞. Obedíte pr
veſtris, & * Subja
ipſi enim pervígila
ratiónem pro animá
ſtris redditúri: † D
tem pacis aptet vos
ni bono. ℣. Pópulu
docébunt quid ſit int
ctum & pollútum,
minus Deus. * Sub
Glória. † Deus. *He*
Ezech. 44.

Ad Bened. *Ant.* Legem requírent ex
cerdótis, quia Angel
mini exercítuum eſ
lach. 2.

Oratio.

COnſerva in
quæſumus, Dó
miſericó

ım tuam ; ut,
-róris liberaſti
:ritátis tuæ fír-
ére fácias do-
?er Dóminum
•

N O N.
o Tridentíno.
e Pœnit. c. 4.
ónem imperfe-
uæ Attrítio di-
iam vel ex tur-
:ccáti conſide-
:l ex gehennæ
metu commú-
›ɪur, ſi volun-
andi exclúdat
:niæ, declárat
ıdus non ſolùm
hóminem hy-
: magis pecca-
ım étiam do-
ſe, & Spíritûs
ılſum, non ad-
ı inhabitantis,
moventis, quo
djútus viam ſi-
:iam parat. Et
ɹc ſacramento
per ſe ad juſti-
perdúcere pec-
:queat; tamen
i grátiam in ſa-
'œniténtiæ im-
diſpónit.
;níſ. *Ant.* 6. F.
:dram Móyſi ſe-
bæ & Phariſæi:
o quæcumque
ıbis, ſerváte &
:th. 23.
rna.

Oratio.

EXcita, Dómine, tuórum corda fidélium; ut, ſacris intenta doctrínis, & intélligant quod ſequantur, & ſequendo fidéliter apprehendant; Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Incipit liber Numerórum.

Lectio j. *Cap.* 1.

LOcútus eſt Dóminus ad Móyſen in deſerto Sínai in tabernáculo fœderis, primâ die menſis ſecundi, anno áltero egreſſiónis eórum ex Ægypto dicens: Tóllite ſummam univerſæ congregatiónis filiórum Iſrael per cognatiónes & domos ſuas, & nómina ſingulórum, quidquid ſexûs eſt maſculíni, à vigéſimo anno & ſuprà, ómnium virórum fórtium ex Iſrael, & numerábitis eos per turmas ſuas tu & Aaron... Fuerúntque omnis númerus filiórum Iſrael per domos & famílias ſuas à vigéſimo anno & ſupra, qui póterant ad bella procédere, ſexcenta tria míllia virórum quingenti quinquaginta. Levítæ autem in tribu familiárum ſuárum non ſunt numeráti cum eis. Locutúſque eſt Dóminus ad Móyſen dicens: Tribum Levi noli numeráre, neque pones ſummam eórum cum fíliis

Iſrael ; ſed conſtítue eos ſuper tabernáculum teſtimónii & cuncta vaſa ejus, & quidquid ad cæremónias pértinet.

℟. Scimus, *p.* 136.

Lectio ij. Cap. 3.

LOcutúſque eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Applica tribum Levi, & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdótis ut miniſtrent ei, & éxcubent, & obſervent quidquid ad cultum pértinet multitúdinis coram tabernáculo teſtimónii, & cuſtódiant vaſa tabernáculi, ſervientes in miniſtério ejus. Dabiſque dono levítas Aaron & fíliis ejus, quibus tráditi ſunt à fíliis Iſrael. Aaron autem & fílios ejus conſtítues ſuper cultum ſacerdótii. Externus qui ad miniſtrandũ accéſſerit, moriétur. Locutúſque eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: Ego tuli levítas à fíliis Iſrael pro omni primogénito, qui áperit vulvam in fíliis Iſrael, eruntque levítæ mei. Meum eſt enim omne primogénitum: ex quo percuſſi primogénitos in terra Ægypti, ſanctificávi mihi quidquid primum náſcitur in Iſrael, ab hómine uſque ad pecus: mei ſunt. Ego Dóminus.

℟. Non in juſtificatiónibus, *p.* 136.

Léctio ſancti Ev
ſecundùm Matt

Lectio iij. Ca

IN illo témpore
dens Jeſus Jeroſ
aſſumpſit duódeci
pulos ſecrétò, &
Ecce aſcéndimus J
mam, & Fílius
tradétur princípib
dótum & ſcribis,
demnábunt eum n
réliqua.

Homília ſancti A
Epíſcopi.

In Pſalm. 126.

FIlii Zebedæi á
humiliarentur
paſſiónem Dómini
bi loca eligébant
rent, unus ad dé
alter ad ſiniſtram
cávit illos Dómin
militátem, cùm h
ret, & ait illis: Po
bere cálicem quem
bitúrus ſum? Exal
tis ántequàm humi
Dóminus ipſe veſt
lux veſtra, humil
ut exaltarétur. Po
bere, inquit, cálic
ego bibitúrus ſum
Póſſumus. Et ille:
inquit, meum bib
dére autem ad d
vel ad ſiniſtram
ait, non eſt me
vobis: áliis parát
Patre meo. Quid e
eſt meum dare vo
eſt meum dare ſi

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 14. *de Pœnit. Can.* 6.

SI quis negáverit Confeſſiónem ſacramentálem, vel inſtitútam vel ad ſalútem neceſsáriam eſſe jure divíno; aut díxerit modum ſecrétè confitendi ſoli ſacerdóti quem Eccléſia cathólica ab inítio ſemper obſervávit & obſervat, aliénum eſſe ab inſtitutióne & mandáto Chriſti, & inventum eſſe humánum; anáthema ſit.

Ad Magníf. *Ant.* 1. f. Qui volúerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus: ſicut Fílius hóminis non venit miniſtrári, ſed miniſtráre, & dare ánimam ſuam, redemptiónem pro multis. *Matth.* 20.

Oratio.

DEus innocéntiæ reſtitútor & amátor, dírige ad te tuórum corda ſervórum; ut ſpíritûs tui fervóre concepto, & in fide inveniantur ſtábiles, & in ópere efficáces; Per Dóminum, ... in unitáte ejuſdem.

FERIA QUINTA.

De libro Numerórum.

Lectio j. Cap. 11.

INtéreà ortum eſt murmur pópuli, quaſi doléntium pro labóre, contra Dóminum. Quod cùm audiſſet Dóminus, irátus

eſt : & accenſus in eos ignis Dómini devorávit extrémam caſtrórum partem. Cúmque clamaſſet pópulus ad Móyſen, orávit Móyſes ad Dóminum, & abſorptus eſt ignis. Vocavítque nomen loci illíus, Incénſio : eò quòd incenſus fuiſſet contra eos ignis Dómini. Vulgus quippe promíſcuum quod aſcénderat cum eis, flagrávit deſidério, ſedens & flens, junctis ſibi páriter fíliis Iſrael, & ait : Quis dabit nobis ad veſcendum carnes ? .. Ventus autem egrédiens à Dómino, arreptans trans mare coturníces détulit, & demíſit in caſtra.... Adhuc carnes erant in déntibus eórum, nec defécerat hujuſcémodi cibus ; & ecce furor Dómini concitátus in pópulum, percuſſit eum plagâ magnâ nimis. Vocatúſque eſt ille locus, Sepulcra concupiſcéntiæ : ibi enim ſepeliérunt pópulum qui deſideráverat.

℟. Póſui, *p.* 135.

Lectio ij. Cap. 12.

LOcutáque eſt María & Aaron contra Móyſen propter uxórem ejus Æthiopiſſam, & dixérunt : Num per ſolum Móyſen locútus eſt Dóminus ?... Deſcendit Dóminus in columna nubis, & ſtetit in intróitu tabernáculi vocaus Aaron & Qui cùm iiſſent eos : Audíte ſerm Si quis fúerit int phéta Dómini, apparébo ei, v nium loquar ad non talis ſervus ſes, qui in omni fideliſſimus eſt : ad os loquor ei ; & non per æn figúras Dómini Quare ergo no detráhere ſervo ſi ? Iratúſque ábiit ; nubes quo ſit quæ erat ſup culum. Et ecce páruit candens nix. Cúmque cam Aaron, & v fúſam leprâ, ai ſen :.., Ecce ja carnis ejus dev à lepra. Clamaví ſes ad Dóminu Deus, óbſecro, Cui reſpondit D Separétur ſepte extra caſtra, revocábitur. E itaque María e ſeptem diébus.

℟. Juſtus es,

Léctio ſancti E ſecundùm L

Lectio iij. C

IN illo tempor ſus Phariſæis quidam erat dive duebátur púrpu

ɔulabátur quotídiè
ɫè. Et réliqua.
ia ſancti Gregórii
· Papæ.
il. 40. in Evang.
:s iſte non abſtu-
ſe aliéna reprehén-
ed própria non de-
ıec dícitur quia vi
am oppreſſit, ſed
acceptis rebus ſe éx-
inc ergo ſummópe-
;endum eſt, quâ pœ-
ſtandus ſit qui alié-
ɔit; ſi inferni dam-
: percútitur, qui pró-
ɔn largítur. Nemo
·cúrum ſe æſtimet
Ecce aliéna non rá-
d conceſſis lícitè re-
or; quia dives iſte
ircò punítus eſt quó-
liéna ábſtulit, ſed
ceptis rebus ſemet-
nalè derelíquit.....
fratres, collígite
ſit diſtríctio ſeve-
Dei. Dives enim
vulneráto paúperi
ſuæ vel mínima da-
it, in inferno póſi-
ıe ad mínima quæ-
pervénit. Nam &
aquæ petit, qui
ɪanis negávit... Sed
ıvi valdè eſt pavó-
ındum hoc quod ei
: Recepiſti bona in
ı. Indicátur & dives
ıi áliquid habuiſſe,
in hac vita bona
:t. Rursúmque, dum

Lázaro dícitur quia recé-pit mala, monſtrátur & Lázarus habuiſſe malum áliquod quo purgarétur. Sed mala Lázari purgávit ignis inópiæ, & bona dívitis remunerávit felícitas tranſeuntis vitæ. Qui ergo bona in hoc século habétis, cùm vos bona egiſſe recólitis, pertiméſcite, ne conceſſa vobis proſpéritas eorúmdem ſit remunerátio bonórum.... Vos, fratres, & réquiem Lázari & pœnam dívitis cognoſcentes, advocátos vobis in die judícii paúperes procuráte. Multos étenim nunc Lázaros habétis.... Ecce importúnè ſe paúperes ófferunt; rogant nos qui tunc pro nobis interceſſóres vénient.... Vidéte ſi negáre debémus, quando patróni ſunt qui petunt..... Etiamſi qua reprehenſibília eórum eſſe videantur, nolíte deſpícere; quia fortaſſe quos morum infírmitas vúlnerat, medicína paupertátis curat.

℟. Qui obtúrat aurem ſuam ad clamórem paúperis, & ipſe * Clamábit, & non exaudiétur? † Qui séquitur miſericórdiam, invéniet vitam. ℣. Dives, cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lázarum in ſinu ejus: & clamans dixit: Pater Abra-

ham, miſerére meî, crúcior in hac flamma. * Clamábit. Glória. † Qui ſéquitur. *Prov.* 21. *Luc.* 16.

Ad Benedict. *Ant.* 7. d. Non próderunt divítiæ in die ultiónis: juſtítia autem liberábit à morte. *Prov.* 11.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui jejúnia & eleemóſynas noſtrórum poſuiſti remédia peccatórum: fac nos ópere mentis & córporis ſemper tibi eſſe devótos; Per Dóminũ.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Seſſ.* 14. *de Pœnit. Can.* 7.

SI quis díxerit in ſacraménto Pœniténtiæ ad remiſſiónem peccatórum neceſsárium non eſſe jure divíno confitéri ómnia & síngula peccáta mortália, quorum memória cum débita & diligenti præmeditatióne habeátur, étiam occulta & quæ ſunt contra duo última decálogi præcepta, & circumſtántias quæ peccáti ſpéciem mutant; ... aut díxerit eos qui ómnia peccáta confitéri ſtudent, nihil relínquere velle divínæ miſericórdiæ ignoſcendum; aut demùm non licére confitéri peccáta veniália; anáthema ſit.

Ad Magníf. *Ant.* 8. c. Dixit díviti Abraham: Fili, recordáre quia recepiſti bona in vita tu[...] zarus ſimíliter m[...] autem hic conſo[...] verò cruciáris. *L*[...]

Oratio.

ADeſto, quæſ[...] mine, ſupp[...] bus noſtris; ut eſ[...] giente, mereám[...] próſpera húmiles adverſa ſecúri; P[...]

FERIA SE[...]

De libro Num[...]

Lectio j. Ca[...]

ECce autem C[...] than atque Hon quoque ... runt contra Móy[...] que filiórum Iſrae[...] quinquaginta viri ſynagógæ..... Cúr[...] tiſſent adversùm & Aaron, dixéru[...] ciat vobis, quia o[...] titúdo ſanctórum ipſis eſt Dóminus vámini ſuper pópu[...] mini? Quod cùm Móyſes, cécidit [...] fáciem: locutúſqu[...] re & ad omnem dinem: Manè, i[...] tum fáciet Dómi[...] ſe pertíneant, & applicábit ſibi: & gerit, appropi[...] ei... Tu & omni[...] gátio tua, ſtate coram Dómino, [...] die cráſtino ſepar[...] lite singuli thuri[...] ſtra, & pónite ſup[...]

ı, offerentes Dómi-
:enta quinquaginta
ıla: Aaron quoque
thuríbulum ſuum.
cùm feciſſent, ſtán-
Móyſe & Aaron, &
vaſſent adversùm
mem multitúdinem
um tabernáculi, ap-
cunctis glória Dó-
Locutúſque Dómi-
Móyſen & Aaron,
eparámini de médio
gatiónis hujus, ut
epente diſperdam.
ecidérunt proni in
ı atque dixérunt: For-
Deus ſpirítuum uni-
carnis, num, uno
ıte, contra omnes
deſæviet?

Scrutémur, *p.* 136.

Lectio ij.

iit Dóminus ad Móy-
ı: Præcipe univerſo
ut ſeparétur à ta-
:úlis Core & Da-
k Abíron. Surrexít-
óyſes... &, ſequénti-
m ſenióribus Iſrael,
ıd turbam: Recédite
ernáculis hóminum
tum, & nolíte tán-
uæ ad eos pértinent,
volvámini in peccá-
um... In hoc ſciétis,
Dóminus míſerit me
érem univerſa quæ
is, & non ex próprio
le protúlerim... Con-
ígitur ut ceſsávit
, dirupta eſt terra
ſub pédibus eórum; & apé-
riens os ſuum devorávit
illos cum tabernáculis ſuis
& univerſa ſubſtántia eó-
rum: deſcendérúntque vivi
in infernum operti humo,
& periérunt de médio mul-
titúdinis. At verò omnis
Iſrael qui ſtabat per gy-
rum, fugit ad clamórem
pereúntium, dicens: Ne
fortè & nos terra deglútiat.
Sed & ignis egreſſus à Dó-
mino interfécit ducentos
quinquaginta viros qui
offerébant incenſum.

℟. Multiplicátæ, *p.* 136.

Lectio ſancti Evangélii
ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. *Cap.* 21.

IN illo témpore; Dixit Jeſus princípibus ſacer-dótum, & ſenióribus pópu-li: Parábolam audíte. Ho-mo erat paterfamílias qui plantávit víneam, & ſe-pem circúmdedit ei. Et ré-liqua.

Sermo ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.

Serm. 87. *Aliàs* 59. *de Verb. Dom. c.* 2. *n.* 3. *&* 9.

PLantáta eſt vínea, lege datâ in córdibus Ju-dæórum: miſſi ſunt pro-phétæ quærentes fructum, bonam vitam eórum; pro-phétæ ab eis contuméliis affecti & occíſi ſunt. Miſ-ſus eſt & Chriſtus, únicus fílius patris famílias; & ipſum occidérunt hæré-

dem, & ídeò perdidérunt hæreditátem. In contrárium eis vertit malum consílium. Ut poſſidérent, occidérunt; &, quia occidérunt, perdidérunt. Nos ſervi de família ipsíus ſúmus. Inter Judæos viſus eſt húmilis, contemptus eſt; occultábat enim majeſtátem, promptam habébat infirmitátem. Contemptum eſt in illo quod promptum erat, nec cógnitum quod occultum erat: ſi enim cognoviſſent, nunquam Dóminum glóriæ crucifixiſſent. Numquid adhuc contemnendus eſt ſedens in cœlo? ſi contemptus eſt cùm pendéret in ligno. Ecce indulgéntiæ dator áperit tibi óſtium: quid moráris? Gaudére debéres, ſi aperíret aliquando pulſanti: non pulſaſti, & áperit, & foris rémanes? Ne ergo differas. Miſerére ánimæ tuæ placens Deo. Exhibe ánimæ tuæ eleemóſynam. Non dícimus ut tu ei des, ſed ne repellas manum dantis.

℞. Agrícolæ videntes fílium patrisfamilias, dixérunt intra ſe: Hic eſt hæres: veníte, occidámus eum. Cùm vénerit Dóminus, quid fáciet agrícolis? Malos malè perdet, & * Víneam ſuam locábit áliis agrícolis qui reddant ei fructum. ℣. Vidi nus, & ad iracúnd citátus eſt; quia ı vérunt eum filii ſ neam. Glória. * *Matth.* 21. *Deut.*

Ad Bened. *A*

Dixit ad Joſeph Iſ ni, mittam te a tuos. Qui cùm eum, mútuò loqu Veníte, occidám *Geneſ.* 37.

Oratio.

DEus, qui ſpe in te miſeré éligis, quàm iraſc bis dignè flere n fécimus, ut tuæ tiónis grátiam mereámur; Per D

CANO

Ex Concílio Trid *Seſſ.* 14. *de Pœni*

IMpium eſt C nem..... impo dícere, aut carn illam conſcientiá pelláre. Conſtat e áliud à pœniténtib cléſia éxigi, quàn quàm quiſque di ſe excúſſerit, & c tiæ ſuæ ſinus omr tebras exploráveri cáta confiteátur, Dóminum & De mortáliter offend mínerit: réliqu peccáta quæ dilig gitanti non occur univerſum eâdem

ıclúſa eſſe intelli-
: pro quibus fidéli-
prophéta dícimus:
:ultis meis munda
)mine.
Magníf. *Ant.* 1. a.
aterfamílias ad a-
s filium ſuum ; &
enſum eum ejecé-
tra víneam , & oc-
ıt. *Matth.* 21.
Oratio.
:dibus noſtris, quæ-
mus, Dómine, grá-
am benignus infun-
peccáta noſtra ca-
)ne voluntáriâ cohi-
, temporáliter pó-
cerémur, quàm ſup-
deputémur æternis;
)minum.
ı B B A T O.
bro Numerórum.
tio j. Cap. 21.
fecti ſunt de monte
)r per viam quæ du-
Mare rubrum , ut
írent terram Edom.
ére cœpit pópulum
;ac labóris, locutúſ-
ntra Deum & Móy-
: Cur eduxiſti nos de
:o, ut morerémur in
line ? Deeſt panis,
nt aquæ : ánima no-
n nauſeat ſuper cibo
ıſſimo. Quamobrem
)óminus in pópulum
; ſerpentes, ad quo-
agas & mortes pluri-
n, venérunt ad Móy-
ue dixérunt : Peccá-
vimus, quia locúti ſumus
contra Dóminum & te : ora
ut tollat à nobis ſerpentes.
Oravitque Móyſes pro pó-
pulo, & locútus eſt Dómi-
nus ad eum : Fac ſerpentem
æneum, & pone eum pro
ſigno : qui percuſſus aſpé-
xerit eum, vivet. Fecit ergo
Móyſes ſerpentem æneum,
& póſuit eum pro ſigno :
quem cùm percuſſi aſpíce-
rent, ſanabantur.

℟. Scimus, *p.* 136.

Lectio ij. Cap. 25.

FOrnicátus eſt pópulus cum filiábus Moab.....
initiatuſque eſt Iſrael Beélphegor : & irátus Dómi-
nus ait ad Móyſen : Tolle
cunctos príncipes pópuli,
& ſuſpende eos contra ſo-
lem in patíbulis, ut aver-
tátur furor meus ab Iſrael.
Dixitque Móyſes ad júdi-
ces Iſrael : Occídat unuſ-
quiſque próximos ſuos qui
initiáti ſunt Beélphegor.
Et ecce unus de filiis Iſrael
intrávit coram frátribus
ſuis ad ſcortum Madianí-
tidem, vidente Móyſe &
omni turbâ filiórum Iſrael,
qui flebant ante fores ta-
bernáculi. Quod cùm vi-
diſſet Phínees fílius Eleá-
zari fílii Aaron ſacerdótis,
ſurrexit de médio multitú-
dinis, & arrepto pugióne,
ingreſſus eſt poſt virum
Iſraelítem in lupánar, &
perfódit ambos ſimul, vi-

rum ſcílicet & mulíerem.... Ceſſavitque plaga à filiis Iſrael, & occíſi ſunt vigínti quátuor míllia hóminum. Dixitque Dóminus ad Móyſen: Phínees.... avertit iram meam à filiis Iſrael, quia zelo meo commótus eſt contra eos... Idcircò lóquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi quam sémini ejus pactum ſacerdótii ſempiternum.

℟. Non in juſtificatiónibus, *p.* 136.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio iij. Cap. 15.

IN illo témpore; Ait Jeſus ad Phariſæos & ſcribas: Homo quidam hábuit duos filios: & dixit adoleſcéntior ex illis patri: Pater, da mihi portiónem ſubſtántiæ quæ me contingit. Et divíſit illis ſubſtántiam. Et réliqua.

Homília ſancti Petri Chrysólogi.

Serm. 3. *de duobus filiis, prodigo & frugi.*

SI abſceſſimus, ſi ſubſtántiam patris totam luxuriósè diſpérſimus vivendo, ſi quidquid uſquàm commiſimus facinoris & delicti, ſi ad impietátis præruptum totum, totam vénimus ad ruínam; ſurgámus aliquando, & ad talem patrem tali invitáti re-

deámus exemplo.
tem vidéret eum
Quæſumus cleméntiæ tuam, omnípotens Deus, ut ubi nulla fidúcia ſúppetit actiónum, grátiæ tua copióſa reſpléndeat; & cùm delicta remittit indignis, & cùm beneficia præſtat imméritis; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi primo.

Ann. 1565. *part.* 2. *tit.* 6.

In confeſsáriis probandis hanc ratiónem hábeant Epíſcopi, ut pii, benè moráti, docti, prudentes, patientes, de animárum ſalúte ſollíciti, & fidéles cuſtódes ſint eórum quæ in confeſſióne dicuntur; provectâ étiam ætáte, præſertìm illi quibus confeſſiónes mulíerum erunt audiendæ.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g. Nolíte judicáre ſecundùm fáciem, ſed juſtum judícium judicáte. *Joann.* 7.

Oratio.

ADeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & nihil de conſciéntia præſuméntibus, ineffábili miſeratióne ſuccurre; ut quod non habet fidúcia meritórum, tua cónferat lárgitas invícta donórum; Per Dóminum noſtrum.

FERIA QUARTA.

De libro Jóſue.

Lectio j. Cap. 6.

DIe ſéptimo, dilúculo conſúrgentes circuiérunt urbem, ſicut diſpóſitum erat, ſépties. Cúmque ſéptimo circúitu clángerent búccinis ſacerdótes, dixit Jóſue ad omnem Iſrael: Vociferámini: trádidit enim vobis Dóminus civitátem: ſitque cívitas hæc anáthema, & ómnia quæ in ea ſunt, Dómino: ſola Rahab méretrix vivat cum univerſis qui cum ea in domo ſunt; abſcondit enim núntios quos miſímus. Vos autem cavéte, ne de his quæ præcepta ſunt quídpiam contingátis.... Igitur omni pópulo vociferante, & clangéntibus tubis, poſtquàm in aures multitúdinis vox ſonitúſque increpuit, muri íllicò corruérunt: & aſcendit unuſquiſque per locum qui contra ſe erat, ceperúntque civitátem, & interfecérunt ómnia quæ erant in ea.

℟. Scimus, p. 136.

Lectio ij. Cap. 7.

FIlii autem Iſrael prævaricáti ſunt mandátum.... nam Achan fílius Charmi, fílii Zabdi, fílii Zare de tribu Juda, tulit áliquid de anathémate: iratúſque eſt Dóminus contra fílios Iſrael. Cúmque mítteret Jóſue de Jéricho viros contra Haï quæ eſt juxta Béthaven, ad orientálem plagam óppidi Bethel, dixit eis: Aſcéndite, & exploráte terram. Qui præcepta compléntes, exploravérunt Haï. Et reverſi dixérunt ei: Non aſcendat omnis pópulus, ſed duo vel tria míllia virórum pergant, & déleant civitátem: quare omnis pópulus fruſtrà vexábitur contra hoſtes pauciſſimos? Aſcendérunt ergo tria míllia pugnatórum, qui ſtatim terga verténtes percuſſi ſunt à viris urbis Haï, & corruérunt ex eis triginta ſex hómines. Perſecutíque ſunt eos adverſárii de porta uſque ad Sábarim, & cecidérunt per prona fugiéntes: pertimuítque cor pópuli, & inſtar aquæ liquefactum eſt. Jóſue vero ſcidit veſtiménta ſua, & pronus cécidit in terram coram arca Dómini

1 , tam ipſe
; ſenes Iſrael :
púlverem ſu-
ia.
juſtificatióni-

;ti Evangélii
Joannem.
i. Cap. 9.
pore : Prætér-
vidit hómi-
à nativitáte.

ncti Joannis
óſtomi.
1 c. 9. Joann.
riſtus ? Neque
cávit , neque
, ut cæcus na-
cávit namque
ites ejus ; ſed
cà cæcus eſt.
cus natus eſt ?
ur glória Dei.
n propter gló-
épit ? Ego ve-
n accepiſſe di-
im interióri-
Quid óculi Ju-
runt ? majus
cùm videndo
Quid cæcitas
propter quam
e ut mala hu-
la non ſunt ,
; ſed peccá-
t malum.
Jeſus in ter-
utum , linívit
, & dixit ei :
va. † Abiit ,
venit videns.

℣. Hæc dicit Dóminus Deus : Ducam cæcos in viam quam néſciunt ; ponam ténebras coram eis in lucem. * Vade. Glória. † Abiit. *Joann.* 9. *Iſ.* 42.

Ad Bened. *Ant.* 2. Dedi te in lucem géntium, ut aperíres óculos cæcórum , & edúceres de domo cárceris ſedentes in ténebris. *Iſ.* 42.

Oratio.

Mentes noſtras , quæſumus, Dómine , lúmine tuæ claritátis illuſtra ; ut vidére poſsímus quæ agenda ſunt , & quæ recta ſunt , ágere valeámus ; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Colonienſi primo.

Ann. 1536. *part.* 7. *cap.* 33.

Magnópere neceſsárium judicámus , ut ſacerdos qui à confeſſiónibus eſt , ſit ínteger , erudítus ac ſiléntii tenax, alióqui ſi ad quæſtum intentus ſit , ſi ad malum ſollícitet, ſi curióſior explorátor ſit , ſi pertinácibus blandiátur, ſi intricátam conſciéntiam extricáre néſciat , ſi dénique vel ebrióſus , vel iracundus , vel levis , vel ſecréti mínimè tenax , diſſipandis magis quàm paſcendis óvibus vidébitur idóneus.

Ad Magníf. *Ant.* 8. c. A ſéculo non eſt audítum quia quis apéruit óculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo, non póterat fácere quidquam. *Joann.* 9.

Oratio.

CONſerva in nobis, quæſumus, Dómine, miſericórdiam tuam; ut quos ab erróris liberaſti calígine, veritátis tuæ fírmiùs inhærére fácias documento; Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

De libro Jóſue.

Lectio j. Cap. 7.

ET dixit Jóſue: Heu, Dómine Deus! quid voluiſti tradúcere pópulum iſtum Jordánem flúvium, ut tráderes nos in manus Amorrhæi, & pérderes?.... Dixitque Dóminus ad Jóſue: Surge, cur jaces pronus in terra? Peccávit Iſrael,& prævaricátus eſt pactum meum, tulerúntque de anathémate, & furáti ſunt atque mentíti, & abſcondérunt inter vaſa ſua. Nec póterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos, eoſque fúgiet; quia pollútus eſt anathémate. Non ero ultrà vobiſcum, donec conterátis eum qui hujus ſcéleris reus eſt. Surge, ſanctífica pópulum, & dic eis: Sanctificámini in cráſtinum: hæc enim dicit Dóminus Deus Iſrael: Anáthema in médi Iſrael: non póte coram hóſtibus tı nec deleátur ex te contaminátus eſt Accedetíſque man per tribus veſtras: & cumque tribum ſo nerit, accédet per tiónes ſuas, & c per domos, domuſ viros. Et quicum in hoc facínore fú prehenſus, com igni cum omni ſul ſua.

℟. Póſui, *p.* 1

Lectio ij.

SUrgens ítaque manè, applícu per tribus ſuas, & Achan fílium Cha lii Zabdi, filii Za bu Juda. Et ait J Achan: Fili mi, riam Dómino De & confitére atqu mihi quid féceris; condas. Reſpond chan Jóſue, & Verè ego peccávi Deo Iſrael, & ſic ci. Vidi enim int pállium coccíneu bonum, & ducen argenti, regulám ream quinquagin rum: & concupiſ tuli, & abſcondi contra médium tal li mei, argentúmc humo opérui....

bi reſiſtere
taque Jóſue
tè, totâ no-
le Gálgalis:
eos Dómi-
ael, contri-
agnâ in Gá-
útus eſt eos
iûs Béth-ho-
it uſque A-
a. Cùmque
Iſrael, &
enſu Béth-
ius miſit ſu-
magnos de
Azeca: &
ultò plures
linis, quàm
ercúſſerant
inc locútus
nino in die
Amorrhæum
filiórum Iſ-
coram eis:
Gábaon ne
Luna, con-
alon. Stete-
luna, do-
r ſe gens de
Nonne ſcri-
in libro ju-
t ítaque ſol
, & non fe-
bere ſpátio
on fuit án-
tam longa
te Dómino
& pugnan-

icátæ ſunt,

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio iij. Cap. 11.

IN illo témpore: Erat quidam languens Lázarus à Bethánia, de caſtello Maríæ & Marthæ ſorória ejus. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtini Epíſcopi.

Tract. 49. in Joann. Evang. §. 3. & 19.

EST genus mortis immáne; mala conſuetúdo appellátur. Aliud eſt enim peccáre, áliud peccandi conſuetúdinem fácere. Qui peccat, & continuò corrígitur, citò revíviſcit; quia nondum eſt implicátus conſuetúdine, non eſt ſepultus. Qui autem peccáre conſuévit, ſepultus eſt, & benè de illo dícitur, fœtet: íncipit enim habére péſſimam famam, tanquam odórem teérrimum. Tales ſunt omnes aſſuéti ſcéléribus, pérditi móribus. Dicis ei: Noli fácere. Quando te audit, quem terra ſic premit, & tabe corrúmpitur, & mole conſuetúdinis prægravátur? Nec ad ipſum tamen reſuſcitandum minor fuit virtus Chriſti. Nóvimus, vídimus; quotídiè vidémus hómines, péſſimâ conſuetúdine permutátâ, vívere mélius quàm vivunt qui reprehen-

débant... Vidémus multos, nóvimus multos : nemo deſpéret, nemo de ſe præſúmat. Et deſperáre malum eſt, & de ſe præſúmere..... In corde hóminis quem premit magna moles & conſuetúdo peccáti, in corde hóminis tranſgreſſóris étiam ſancti Evangélii, contemptóris pœnárum æternárum, fremat Chriſtus, íncrepet ſe homo. Audi adhuc : Flevit Chriſtus, fleat ſe homo. Quare enim flevit Chriſtus, niſi quia flere hóminem dócuit? Quare frémuit & turbávit ſemetipſum, niſi quia fides hóminis ſibi méritò diſplicentis frémere quodámmodò debet in accuſatióne malórum óperum, ut violéntiæ pœnitendi cedat conſuetúdo peccandi?

℟. Ego ſum reſurréctio & vita : * Qui credit in me, etiamſi mórtuus fúerit, vivet : † Omnis qui vivit & credit in me, non moriétur in æternum. ℣. Edúcam vos de ſepulcris veſtris, & ſciétis quia ego Dóminus. * Qui credit. Glória. † Omnis. *Joann.* 11. *Ezech.* 37.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Dóminus mortíficat & vivíficat, dedúcit ad ínferos & redúcit. *I. Reg.* 2.

Oratio.

DEus, humíliu... látor, & fidéli... túdo, propítius a... cibus ſupplicánti... humána fragílitas... ſe proclívis eſt a... dum, per te ſempe... tur ad ſtandum; ... per ſe multíplica... ſam, per te ſe... parétur ad vénia... Dóminum noſtru...

CANO...

Ex Concílio Trid...
Seſſ. 14. *de Pœn...*

DEbent Sacerd... mini, quant... tus & prudéntia ſ... rit, pro qualitáte... & pœniténtium f... ſalutáres & conv... ſatisfactiónes inj... ne, ſi fortè pecc... níveant, & ind... cum pœniténtibu... levíſſima quædam... pro graviſſimis de... jungendo, alienór... catórum partíci... ciantur.

Ad Magníf. *A...* Voce magnâ clam... ſus : Lázare, ve... Et ſtatim pródiit... rat mórtuus. *Joan...*

Oratio.

EXaudi nos, ... per contínua... tuam miſericórdi... precantes; ut vo...

ti, à pecca-
is liberémur;
1.

A T O.

Jóſue.

Cap. 24.

vit Jóſue om-
s Iſrael in Si-
ávit majóres
cipes, & jú-
iſtros; ſtete-
onſpectu Dó-
pulum ſic lo-
Timéte Dó-
ervíte ei per-
atque veriſſi-
rte deos qui-
t patres veſtri
nia & in Ægy-
íte Dómino.
lum vobis vi-
ino ſerviátis,
latur: elígite
lacet, cui ſer-
ùm debeátis,
uibus ſervié-
eſtri in Meſo-
n diis Amor-
quorum terra
o autem & do-
iémus Dómi-
tque pópulus,
à nobis ut re-
Dóminum, &
is aliénis. Dó-
noſter, ipſe
patres noſtros
ypti, de domo
cítque, vidén-
ſigna ingén-
ivit nos in om-
erna.

ni via per quam ambulávimus, & in cunctis pópulis per quos transívimus. Serviémus ígitur Dómino, quia ipſe eſt Deus noſter.

℟. Scimus, qui dixit, *p.* 136.

Lectio ij.

PErcuſſit ergo Jóſue in die illo fœdus, & propóſuit pópulo præcepta atque judícia in Sichem. Scripſit quoque ómnia verba hæc in volúmine legis Dómini: & tulit lápidem pergrandem, poſuítque eum ſubter quercum quæ erat in ſanctuário Dómini. Et dixit ad omnem pópulum: En lapis iſte erit vobis in teſtimónium, quòd audíerit ómnia verba Dómini quæ locútus eſt vobis: ne fortè póſteà negáre velitis, & mentíri Dómino Deo veſtro. Dimiſítque pópulum, ſíngulos in poſſeſſiónem ſuam. Et poſt hæc mórtuus eſt Jóſue fílius Nun, ſervus Dómini, centum & decem annórum: ſepeliérúntque eum in fínibus poſſeſſiónis ſuæ..... Oſſa quoque Joſeph, quæ túlerant fílii Iſrael de Ægypto, ſepeliérunt in Sichem, in parte agri quem émerat Jacob à fíliis Hemor.

℟. Non in juſtificatiónibus, *p.* 136.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio iij. Cap. 8.

IN illo témpore; Locútus eſt Jeſus ſcribis & phariſæis dicens: Ego ſum lux mundi; qui ſéquitur me, non ámbulat in ténebris; ſed habébit lumen vitæ. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 34. in Joann. Evang. §. 2. 3. & 7.

NOn eſt Dóminus Chriſtus ſol factus, ſed per quem ſol factus eſt. Omnia enim per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Eſt ergo lux quæ fecit hanc lucem: hanc amémus, hanc intellígere cupiámus, ipſam ſitiámus; ut ad ipſam, duce ipſâ, aliquandò veniámus, & in illa ita vivámus, ut nunquàm omninò moriámur... Qui me, inquit, ſéquitur, non ámbulat in ténebris; ſed habébit lumen vitæ. Non ait, habet; ſed, habébit: non ait tamen, qui ſequétur me; ſed, qui ſéquitur me. In eo quod fácere debémus, præſens tempus póſuit: quod autem promíſit faciéntibus, futúri témporis verbo ſignificávit. Qui ſéquitur, habébit. Modò ſéquitur, pòſt habébit: modò ſéquitur per fidem, pòſt habébit per ſpéciem. Quándiù e[...] mus in córpore, ait [...] lus, peregrinámur à [...] no: per fidem enim [...] lámus, non per ſp[...] Quandò per ſpécien[...] habuérimus lumen [...] cùm ad illam viſión[...] nérimus.

℟. Lócutus eſt Je[...] cens: Ego ſum lux [...] * Qui ſéquitur me [...] ámbulat in ténebri[...] habébit lumen vitæ [...] me grátia omnis vi[...] ritátis; in me omn[...] vitæ & virtútis. * Q[...] quitur. Glória. * Q[...] quitur. *Joann.* 8. *Ec*[...]

Ad Bened. *Ant.* Ego ſum qui teſtim[...] perhíbeo de me i[...] teſtimónium pérhi[...] me qui miſit me [...] *Joann.* 8.

Oratio.

COrdibus noſtri[...] ſumus, Dómin[...] tiæ tuæ lumen benig[...] funde; ut mand[...] tuórum lege perce[...] ſequámur, & ad [...] æternæ vitæ perven[...] reámur; Qui vivi[...] gnas.

CANON[...]

Ex Concílio Trid[...]

Seſſ. 14. de Pœnit[...]

HAbeant ſacerd[...] óculis, ut ſa[...]

unt, non ſit
itæ novæ cu-
firmitátis me-
, ſed étiam ad
peccatórum
: caſtigatió-
aves ſacerdó-
l ſolvendum
d & ad ligan-
s, étiam an-
& credunt &

PERAS.
& Pſalmi de

Levit. 23.
Fériæ Dómi-
æ, quas cele-
; tempóribus
primo, quar-
menſis ad véſ-
Dómini eſt:
mâ die menſis
ıitas azymó-
eſt.
'exilla Regis
'rà, p. 253.
ınt in ánimam
ánguinem in-
ndemnábunt.

ıf. *Ant.* 8. g.
ıihi, Dómi-
ɔrum; & ego
manſuétus,
ad víctimam.

'à ad Laudes.
LET. *In* ℟. *br.*
n dicitur, Gló-

DOMINICA
Paſſionis.

AD MATUTINUM.

Invitat. Fílium hóminis tradendum in manus peccatórum; * Veníte, adorémus. *Matth.* 26.

Pſ. Veníte, *in cujus fine non dicitur*, Glória Patri, *ſed, ejus loco, repetitur Invitatorium: quod ſervatur quotidiè in Officio de Tempore uſque ad Feriam quartam majoris Hebdomadæ incluſivè.*

Hymnus. Lugéte, *infrà, in Proprio Feriarum Paſſionis, p.* 250.

Pſalmi, Antiphonæ & ℣.℣.℣. de Pſalterio.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Jeremíæ
Prophétæ.

Lectio j. Cap. 1.

VErba Jeremíæ fílii Hélciæ, de ſacerdótibus qui fuérunt in Anathoth in terra Bénjamin.... Et factum eſt verbum Dómini ad me dicens: Priuſquàm te formárem in útero, novi te: &, ántequam exíres de vulva, ſanctificávi te, & prophétam in géntibus dedi te. Et dixi: A, a, a, Dómine Deus, ecce néſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit Dóminus ad me: Noli dícere: Puer ſum; quóniam ad

ómnia quæ mittam te, ibis: & univerſa quæcumque mandávero tibi, loquéris. Ne tímeas à fácie eórum; quia tecum ego ſum ut éruam te, dicit Dóminus. Et miſit Dóminus manum ſuam, & tétigit os meum, & dixit Dóminus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Jerúſalem, Jerúſalem, convértere ad Dóminum Deum tuum.

[*Sic terminantur omnes Lectiones de Jeremia Propheta, ab hac die uſque ad Paſcha excluſivè, nihil reſpondendo*].

℟. Dixit Dóminus ad Móyſen: Menſe primo, quartâ décimâ die menſis Phaſe Dómini erit: offerétis hircum, pro peccáto, unum, * Ut expiétur pro vobis. ℣. Non per ſánguinem hircórum & vitulórum, ſed per próprium ſánguinem introívit Chriſtus in Sancta. * Ut expiétur. *Num.* 28. *Hebr.* 9.

Lectio ij. Cap. 2.

ET factum eſt verbum Dómini ad me dicens: Vade, & clama in áuribus Jerúſalem dicens: Hæc dicit Dóminus: Recordátus ſum tuî míſerans adoleſcéntiam tuam, & caritátem deſponſatiónis tuæ, quandò ſecúta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminátur. Sanctus Iſra[illegible] Dómino, primítiæ fru[illegible]gum ejus. Omnes qui de[illegible]vorant eum, delinqu[illegible] mala vénient ſuper eo[illegible] dicit Dóminus. Audite ve[illegible]bum Dómini, domus Ja[illegible]cob, & omnes cognatió[illegible] domûs Iſrael. Hæc dic[illegible] Dóminus: Quid inve[illegible]runt patres veſtri in [illegible] iniquitátis, quia elon[illegible]vérunt à me, & ambu[illegible]vérunt poſt vanitátem, [illegible] vani facti ſunt? Jerúſa[illegible]lem.

℟. Si ſanguis hircó[illegible] inquinátos ſanctíficat [illegible] emundatiónem carnis; Quantò magis ſangui[illegible] Chriſti emundábit con[illegible]ſciéntiam noſtram ab ope[illegible]ribus mórtuis? ℣. Dixit Dóminus ad Móyſen: Hir[illegible]cus offerétur Dómino pro peccátis in holocauſtum. * Quantò magis. *Hebr.* 9. *Num.* 28.

Lectio iij.

TRansíte ad ínſulas Ce[illegible]thim, & vidéte: & in Cedar míttite & conſi[illegible]deráte vehementer, & vi[illegible]déte ſi factum eſt hujuſce[illegible]modi, ſi mutávit gens deos ſuos: & certè ipſi non ſunt dii: pópulus verò meus mutávit glóriam ſuam in idólum. Obſtupéſcite, cæ[illegible]li, ſuper hoc; & portæ ejus, deſolámini vehemen[illegible]

Dóminus. Duo
fecit pópulus
dereliquérunt,
æ vivæ, & fo-
iſternas; ciſter-
s, quæ continé-
nt aquas. Num-
eſt Iſrael, aut
quare ergo fa-
rædam? Super
int leónes, &
ocem ſuam:
erram ejus in
: civitátes ejus
:, & non eſt
neis. Fílii quo-
eos & Taphnes
runt te uſque
Numquid non
i eſt tibi, quia
Dóminum Deũ
ipore quo du-
viam? Jeruſa-

ióminis tradé-
ibus ſacerdó-
mnábunt eum
dent eum gén-
lúdent ei, &
um & interfí-
℣. Ad occiſió-
:, & non apé-
i. * Illúdent.
Iſ. 53.
a Patri, *repeti-*
:, *uſque ad* ℣.
nceps uſque ad
fficio de Tem-
ur, Glória Pa-
ſoriis, & re-
b initio uſque

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Serm. 9. de Quadr. c. 1.

Lectio iv.

IN ómnibus, dilectíſſimi, ſolemnitátibus Chriſtiánis, non ignorámus Paſchále ſacramentum eſſe præcípuum. Cui condignè & cóngruè ſuſcipiendo totíus quidem nos témporis inſtitúta præformant, ſed devotiónem noſtram præſentes vel máximè dies éxigunt, quos illi ſublimíſſimo divínæ miſericórdiæ ſacramento ſcimus eſſe contíguos. In quibus méritò à ſanctis Apóſtolis per doctrínam Spíritûs ſancti majóra ſunt ordináta jejúnia; ut, per commúne consórtium crucis Chriſti, étiam nos áliquid in eo quod propter nos geſſit, agerémus, ſicut Apóſtolus ait: Si compátimur, & conglorificábimur. Certa atque ſecúra eſt expectátio promiſſæ beatitúdinis, ubi eſt partícipátio Domínicæ paſſiónis. Tu autem.

℟. Cogitavérunt ſuper me consília dicentes: * Mittámus lignum in panem ejus, & eradámus eum de terra vivéntium, & nomen ejus non memorétur ámpliùs. ℣. Collegérunt Pontífices & Phariſæi concílium, & dicébant: Quid fácimus? quia hic homo

multa ſigna facit. * Mittámus. *Jer.* 11. *Joann.* 11.

Lectio v.

NEmo eſt, dilectíſſimi, cui, per conditiónem témporis, ſocíetas hujus glóriæ denegétur, tanquam tranquíllitas pacis vácua ſit occaſióne virtútis Apóſtolus enim prædicat dicens: Omnes qui piè volunt vívere in Chriſto, perſecutiónem patientur: & ídeò nunquam deeſt tribulátio perſecutiónis, ſi nunquam deſit obſervántia pietátis. Dóminus ipſe in exhortatiónibus ſuis dicit: Qui non áccipit crucem ſuam, & ſéquitur me, non eſt me dignus. Nec dubitáre debémus hanc vocem non ſolùm ad diſcípulos Chriſti, ſed ad cunctos fidéles totámque Eccléſiam pertinére, quæ ſalutáre ſuum in his qui áderant, universáliter audiébat.

℟. Deus meus es tu: * Ne diſcéſſeris à me, quóniam tribulátio próxima eſt; quóniam non eſt qui ádjuvet. ℣. Venit hora: ecce Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. * Ne. *Pſ.* 21. *Marc.* 14.

Lectio vj.

SIcut ergo totíus eſt témporis piè vívere, ita totíus eſt témporis crucem ferre: quæ méritò unicuíque ſua dícitur, quia própriis modis atque m[…] ab unoquoque tol[…] Unum nomen eſt p[…] tiónis, ſed non una […] ſa certáminis: & pl[…] rumque perículi eſt […] diatóre occulto, q[…] hoſte manifeſto. […] Job, alternántibus l[…] malis mundi hujus[…] tus, piè veracitérq[…] bat: Nonne tent[…] vita hóminis ſuper […] Quóniam non ſól[…] ribus córporis atq[…] plíciis ánima fidéli[…] titur, verùm étian[…] incolumitáte meml[…] gravi morbo urgét[…] nis voluptáte moll[…] cùm caro concup[…] versùs ſpíritum, & […] adversùs carnem, […] crucis mens ratio[…] ſtrúitur: nec, cupi[…] nóxiis illecta, co[…] quóniam continér[…] vis & Dei timóre […] gitur.

℟. In cápite li[…] ptum eſt de me; […] cerem voluntáte[…] Deus meus, vólu[…] gem tuam in méd[…] mei. ℣. Quid dica[…] ter, ſalvífica me […] hora; ſed propté[…] in horam hanc. * […] cerem voluntáte[…] *Repetitur* ℟. In c[…] bri ſcriptum eſt. *Joann.* 12.

. NOCTURNO.
ſancti Evangélii
dùm Joannem.
:o *vij. Cap.* 8.
› témpore : Dixit
turbis Judæórum :
vobis árguet me
ito ? ſi veritátem
is, quare non cré-
ii ? Et réliqua.
a ſancti Gregórii
Papæ.
8. *in Evang.* §. 1.
te, fratres caríſſi-
, manſuetúdinem
axáre peccáta vé-
: dicébat : Quis ex
guet me de peccá-
dedignátur ex ra-
éndere ſe peccató-
eſſe, qui ex virtú-
tátis póterat pec-
uſtificáre. Sed ter-
valdè quod ſúb-
Qui ex Deo eſt,
ei audit : propté-
non audítis, quia
non eſtis. Si enim
a Dei audit, qui
ſt, & audíre ver-
non poteſt quiſ-
illo non eſt ; in-
ſe unuſquiſque ſi
ei in aure cordis
, & intélliget un-
cœleſtem pátriam
e Véritas jubet,
ſidéria contérere,
lóriam declináre,
on appétere, pró-
giri. Penſet ergo
unuſquiſque ve-
ſtrûm, ſi hæc vox Dei in cordis ejus aure conváluit; & quia jam ex Deo ſit, agnoſcit.

℟. Quis ex vobis árguet me de peccáto ? * Si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi ? ℣. Quare detraxiſtis ſermónibus veritátis, cùm è vobis nullus ſit qui poſſit argúere me ? * Si veritátem dico. *Joann.* 8. *Job.* 6.

Lectio viij. §. 2.

EGo dæmónium non hábeo. In quibus verbis quid áliud niſi ſupérbia noſtra confúnditur ? quæ ſi exagitáta, vel léviter, fúerit, atrocióres injúrias reddit quàm accéperat : facit mala quæ poteſt, minátur & quæ fácere non poteſt. Ecce injúriam ſuſcípiens Dóminus non iráſcitur, non contumelióſa verba reſpondet. Qui ſi eiſdem iſta dicéntibus reſpondére voluiſſet, Dæmónium vos habétis ; verum profectò díceret : quia niſi impléti eſſent dæmónio, tam perverſa de Deo loqui non poſſent. Sed, acceptâ injúriâ, étiam quod verum erat, dícere Véritas nóluit : ne non dixiſſe veritátem, ſed provocátus contuméliam reddidiſſe viderétur. Ex qua re quid nobis innúitur, niſi ut eo témpore quo à próximis ex falſitáte

contumélias accípimus, eórum étiam vera mala taceámus, ne miniſtérium juſtæ correptiónis in arma vertámus furóris?

℟. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: * Proptéreà vos non audítis, quia ex Deo non eſtis. ℣. Miſit Dóminus ad vos omnes ſervos ſuos prophétas, & non audiſtis. * Proptéreà. *Joann.* 8. *Jer.* 25.

Lectio ix.

SEd, quia quiſquis Dei zelo úritur, à pravis homínibus dehoneſtátur, in ſemetipſo nobis Dóminus patiéntiæ præbuit exemplum, qui ait: Sed honoríſico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Sed quid nobis ad iſta faciendum ſit, adhuc exemplo nos ádmonet, cùm ſubjungit: Ego autem non quæro glóriam meam: eſt qui quærat, & júdicet. Scimus certè quòd ſcriptum eſt: Quia Pater omne judícium dedit Fílio: & tamen ecce idem Fílius injúrias accípiens, glóriam ſuam non quærit. Illátas contumélias Patris judício reſervat, ut nobis profectò insínuet quantùm nos eſſe patientes debémus; dum ſe adhuc ulciſci non vult & ipſe qui júdicat.

℟. Judæi dixérunt: Nonne benè dícimus nos quia Samaritánus es tu, mónium habes? Reſ Jeſus: * Ego dæm non hábeo; ſed ho co Patrem meum, inhonoraſtis me. ſurrexiſtis ſuper n veſtro, & derogal versùm me verba * Ego. *Repet.* ℟. *Joann.* 8. *Ezech.* 35

AD LAUD

Antiphona, 8.

QUem conteſtá aúdiat? ecce cumcíſæ aures cór audíre non poſſunt

Ant. 2. D. Ecce Dómini factum eſ oppróbrium; idcir rávi súſtinens. *Jer.*

Ant. 6. F. Nonn mea bona ſunt cur rectè gráditur? E trário pópulus n adversárium con *Mich.* 2.

Super Cant. N ſpécies ei. *infrà*,

Ant. 7. b. Pó iracúndiam próvo & filii mendáces cunt: Ceſſet à f ſtra Sanctus Iſrael

Ant. 4. A. Di Veníte, & perc eum linguâ, & no dámus ad univerſc nes ejus. *Jer.* 18.

Capitulum. Je

AUdívi con multórum,

:cúitu : Perſequí-
erſequámur eum:
odo decipiátur,
leámus adversùs
conſequámur ul-
:x eo. Dóminus
:cum eſt quaſi bel-
tis.
us Crucis, *p.* 251.
:nde ánimæ meæ,
eam : ℟. Propter
meos éripe me.

:ned. *Ant.* 8. c.
ı quæro glóriam
eſt qui quærat &
Joann. 8.
Oratio.
ıípotens ſempiter-
Deus, qui Chriſti
ı paſſióne nos ré-
:onſerva in nobis
ıiſericórdiæ tuæ,
jus celebritáte my-
:rpétuâ devotióne
; Per eumdem
m.
H O R A S.
ologia Qui nos
.&c. *infrà*, *p.* 252.
P R I M A M.
3. g. Quem conte-

. *brev.* ℣. Qui paſ-
ro nobis. *non di-*
:lória Patri.
A N O N.
oncílio Pariſienſi
ſexto.
829. *libr.* 1. *c.* 32.
:dótes qui aut mú-
s, aut amóris, aut
timóris, aut certè favóris
causâ, têmpora modúmque
pœniténtiæ ad líbitum
pœniténtium indícunt, aúdiant
quid Dóminus per
Ezechiélem prophétam terribíliter
dicat : Erit manus
mea ſuper prophétas qui
vident vana, & divínant
mendácium : in conſílio
pópuli mei non erunt, &
in ſcriptúra domûs Iſrael
non ſcribentur, nec in terram
Iſrael ingredientur, eò
quòd decéperint pópulum
meum dicentes : Pax, pax ;
& non eſt pax.

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Ecce.
Capitulum. Job. 30.

NUnc in eórum cánticum
verſus ſum, &
factus ſum eis in provérbium.
Abominantur me,
& longè fúgiunt à me.

℟. *br.* Exurge, Deus,
* Júdica cauſam tuam.
℣. Memor eſto impropeṙiórum
tuórum. * Júdica
cauſam tuam. *Reſumitur*
℟. Exurge. *Pſ.* 73.
℣. Exprobravérunt inimíci
tui, Dómine, ℟. Exprobravérunt
commutatiónem
Chriſti tui. *Pſ.* 88.

A D S E X T A M.

Ant. 6. F. Nonnè.
Capitulum. Jer. 18.

ATtende, Dómine, ad
me, & audi vocem
adverſariórum meórum.
Numquid rédditur pro bo-

no malum? quia fodérunt fóveam ánimæ meæ.

℟. *br.* Deus meus, * Eripe me de manu peccatóris. ℣. Et de manu contra legem agentis & iníqui. * Eripe me de manu peccatóris. *Reſumitur* ℟. Deus meus. *Pſ.* 70.

℣. Odio iníquo odérunt me; ℟. Cuſtódi ánimam meam, & érue me. *Pſ.* 24.

AD NONAM.

Ant. 4. A. Dixérunt.

Capitulum. Sap. 2.

DIxérunt: Gloriátur patrem ſe habére Deum. Videámus ergo ſi ſermónes illíus veri ſint, & tentémus quæ ventúra ſunt illi; & ſciémus quæ erunt noviſſima illíus.

℟. *breve.* Inimíci mei * Dixérunt mala mihi. ℣. Quandò moriétur, & períbit nomen ejus? * Dixérunt mala mihi. *Reſumitur* ℟. Inimíci. *Pſ.* 40.

℣. Deus, diſcerne cauſam meam de gente non ſanƈta; ℟. Ab hómine iníquo & dolóſo érue me. *Pſ.* 42.

AD VESPERAS.

Antiphona de Laudibus.

Capitulum. Jer. 17.

ECce ipſi dicunt ad me: Ubi eſt verbum Dómini? véniat. Et ego non ſum turbátus, te paſtórem ſequens: & diem hóminis non deſiderávi, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de l[...]biis meis, reƈtum in co[...]ſpeƈtu tuo fuit.

Hymn. Vexilla, *p.* 25[...]

℣. Captabunt., *p.* 2[...]

Ad Magníf. *Ant.* 5. Eſt Pater meus qui glo[...]cat me, quem vos dic[...] quia Deus veſter eſt. Sc[...] eum, & ſermónem e[...] ſervo. *Joann.* 8.

COMPLETORIUM, ut [...] *Pſalterio, p.* 29.

℟. *br.* In manus, ſi[...] Glória Patri.

IN FERIIS

Per Hebdomad. Paſſionis, & uſque ad Feriam V. in Cœna Domini.

AD MATUTINUM.

Invitat. Fílium hóminis tradendum in manus peccatórum, * Veníte, adorémus. *Matth.* 26.

Pſ. Veníte, *p.* 2. *in cujus fine non dicitur,* Glória Patri, *ſed, ejus loco, repetitur Invitatorium.*

Hymnus.

LUGETE; mœſtis c[...]tibus
Chriſti dolóres plángite.
Duræ neci natum Deo
Ingráta turba déſtinat.

ORBIS ſuprémus árbiter,
Dijudicandus ſíſtitur;
Summus ſacerdos ímpiâ
Cadit ſacerdótum manu.

QUI noſtra rupit vincula,
Duris ligátur vínculis;

dorandum caput
:eleſtus pércutit.
parce, corpus ín-
nocens.,
flagellis ſcíndere:
'ulnus addis vúl-
neri?
iè totum vulnus eſt.
nos creávit, laus
Patri,
s redémit, Fílio;
redemptos grátiâ,
tibi laus, Spíritus.
Amen.
Antiph. Feriales.
bera me, Dómine,
quéntibus me; ℟.
onfortáti ſunt ſuper
141.
*ones & ℟℟℟. ha-
infrà in qualibet*

LAUDES.

Antiph. Feriales.
nticum. Iſ. 53.
n eſt ſpécies ei, ne-
ue decor: * & ví-
eum, & non erat
s; & deſiderávimus

ectum, & novíſſi-
irórum, * virum
n, & ſcientem in-
em.
aſi abſcónditus vul-
& deſpectus, * un-
reputávimus eum.
languóres noſtros
it, * & dolóres no-
ſe portávit.
os putávimus eum
prósum, * & per-
cuſſum à Deo & humiliá-
tum.

Ipſe autem vulnerátus eſt propter iniquitátes noſtras, * attrítus eſt propter ſcélera noſtra.

Diſciplína pacis noſtræ ſuper eum, * & livóre ejus ſanáti ſumus.

Omnes nos quaſi oves errávimus: * unuſquiſque in viam ſuam declinávit.

Et póſuit Dóminus in eo * iniquitátem ómnium noſtrûm.

Oblátus eſt quia ipſe vóluit, * & non apériet os ſuum.

Sicut ovis ad occiſiónem ducétur, * & quaſi agnus coram tondente ſe obmutéſcet....

Dóminus vóluit contérere eum in infirmitáte..... * & cum ſcelerátis reputátus eſt.

Et ipſe peccáta multórum tulit, * & pro tranſgreſſóribus rogávit.

Capitulum. Jer. 18.

FOdérunt fóveam ut cáperent me, & láqueos abſcondérunt pédibus meis: tu autem, Dómine, ſcis omne consílium eórum adversùm me in mortem.

Hymnus.

CRucis tremens ſub póndere,
Greſſus labantes vix trahit.

Quem ſtipat aula Cœlitum,
Datur comes latrónibus.

Clavis manus, clavis pedes
Confoſſus hæret ſtípiti:
Sed quàm ſui tenáciùs
Amóris hæret vínculis!

Qui rupe fontes élicit,
Ardens ſiti consúmitur:
Sed major urébat ſitis,
Erat ſitis mundi ſalus.

Sed hæc dolórum pars levis;
Acerbióra pértulit,
Dum mente præságâ videt
Ináne mortis præmium.

Fac, Chriſte, ne ſint írrita
Tormenta quæ perpeſſus es;
Ne, morte contemptâ Dei,
Te ſentiámus víndicem.

Qui nos creávit, laus Patri,
Qui nos redémit, Fílio:
Fovens redemptos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Intende ánimæ meæ, & líbera eam: ℟. Propter inimícos meos éripe me. *Pſ.* 68.

Ad Bened. *Antiphona propria eſt Feriæ cujuſlibet.*

Deinde dicuntur Preces flexis genibus, p. 137.

Oratio ut in qualibet Feria.

AD HORAS.

Hymnorum Doxologia.

Qui nos creávit, laus Patri,
Qui nos redémit,
Fovens redemptos
Sit par tibi laus,
Amen.

AD PRIM

Ant. 8. g. Verè
res noſtros ipſe tul
lóres noſtros ipſe
Iſ. 53.

Capitulum, Dóm
ſerére noſtrî, *p.* 1

In ℟. *br. uſque*
riam ℣. *in Cœna*
℣. Qui paſſus es
bis. *non dicitur*, G
tri; *ſed, ejus loco, p*
mationem repetit:

Preces flexis ge
reliqua ut ſuprà i
Quadrageſimæ, 1
in aliis Horis.

AD TERT

Ant. 2. D. D
pacis noſtræ ſuper
livóre ejus ſanát
Iſ 53.

Capitulum. I

OMnes nos q
errávimus:
que in viam ſuam
vit, & póſuit Dó
eo iniquitátem óm
ſtrûm.

℟. *br.* Propter
mine, * Suſtinu
brium. ℣. Opérui
ſio fáciem meam.
nui oppróbrium.
Propter te. *Pſ.* 68.

℣. Obmútui &
rui os meum; ℟. Q
tu feciſti. *Pſ.* 38.

flexis genibus.

E X T A M.
. Quaſi abſcón-
s ejus & deſpe-
e nec reputávi-
Iſ. 53.
um. Iſ. 53.
outávimus eum
leprósum, &
à Deo; & humi-
ſe autem vulne-
ropter iniquitá-
; attrítus eſt pro-
a noſtra.
go ſum vermis,
omo. ℣. Oppró-
ninum & abjé-
* Et non homo.
o ſum. *Pſ.* 21.
ſcis, Dómine,
um meum, ℟.
iónem meam.

flexis genibus,

O N A M.
d. Ipſe veſtítus
aſperſâ ſángui-
itur nomen ejus
ei. *Apoc.* 19.
um. Iſ. 63.
ergo rubrum eſt
nentum tuum:
ta tua ſicut cal-
tor ulári? Tór-
vi ſolus: & a-
ſanguis eórum
nenta mea, &
umenta mea in-

um convenírent

ſimul * Adversùm me. ℣. Accípere ánimam meam conſiliáti ſunt. * Adversùm me. *Repet.* ℟. Dum. *Pſ.* 30.

℣. Quem tu percuſſiſti, perſecúti ſunt; ℟. Et ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt. *Pſ.* 68.

Preces, flexis genibus, p. 143.

AD VESPERAS.

Pſalmi & Ant. de Pſalt.

Capitulum. Jer. 18.

RECordáre, Dómine, quòd ſtéterim in conſpectu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis.

Hymnus.

VExilla Regis pródeunt,
Fulget crucis myſtérium,
Quo carne carnis cónditor
Suſpenſus eſt patíbulo.

Quo vulnerátus inſuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit undâ & sánguine.

Impleta ſunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens: In natiónibus
Regnávit à ligno Deus.

Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta regis púrpurâ,
Electa digno ſtípite
Tam ſancta membra tángere.

Beata cujus bráchiis
Secli pependit prétium!

Statéra facta córporis,
Prædámque tulit Tártari.
O Crux! ave, ſpes única.
Hoc paſſiónis témpore,
Auge piis juſtítiam,
Reiſque dona véniam.
Te, ſumma Deus Trí-nitas,
Collaudet omnis ſpíritus.
Quos per crucis myſté-rium
Salvas, rege per ſécula.
Amen.

℣. Captábunt in ánimam Juſti, ℟. Et ſánguinem innocentem condemnábunt. *Pſ.* 93.

Ad Magníf. *Ant. ut in qualibet Feria.*

Deinde dicuntur Preces flexis genibus, p. 137.

Oratio ut in qualibet Feria.

AD COMPLETORIUM.

Ad ℟. *brev.* In manus, *omiſſo* Glória Patri, *poſt reclamationem, repetitur.* ℟. In manus.

Dicuntur Preces flexis genibus, ut in Feriis Quadrageſ. p. 146.

FERIA SECUNDA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 2.

QUómodò confúnditur fur quando deprehénditur, ſic confúſi ſunt domus Iſrael, ipſi & reges eórum príncipes, & ſacerdótes, & prophétæ eórum dicentes ligno: Pater meus es tu; & lápidi: Tu me g nuiſti. Vertérunt ad me t gum, & non fáciem; & témpore afflictiónis ſuæ cent: Surge, & líbera Ubi ſunt dii tui quos feci tibi? ſurgant & líberent in témpore afflictiónis tu ſecundùm númerum ur pe civitátum tuárum er dii tui, Juda. Quid vul mecum judício conten re? Omnes dereliquiſ me. Jeruſalem.

℟. Dixit Dóminus, p. 14

Lectio ij. Cap. 3.

VUlgò dícitur: Si dimi ſerit vir uxórem ſuá, & recédens ab eo dúxerit virum álterum: numquid revertétur ad eam ultrà? numquid non pollúta & contamináta erit múlier illa? Tu autem fornicáta es cum amatóribus multis: tamen revértere ad me, dicit Dóminus, & ego ſuſcípiam te. Leva óculos tuos in dirèctum, & vide ubi non proſtráta ſis. In viis ſedébas expectans eos quaſi latro in ſolitúdine, & polluiſti terram in fornicatiónibus tuis & in malítiis tuis. Quamobrem prohíbitæ ſunt ſtillæ pluviárum, & ſerótinus imber non fuit. Frons mulíeris meretrícis facta eſt tibi, noluiſti erubéſcere. Ergo ſaltem ámodò voca me: Pater meus; dux virgini-

tu es ? numquid
in perpétuum ,
'erábis in finem ?
ı.
ànguis , *p.* 244.
ιnđi Evangélii
ìm Joannem.
iij. Cap. 7.
témpore ; Misé-
íncipes & Phari-
:ros , ut appre-
Jeſum. Et réli-

ſanđi Auguſtíni
píſcopi.
Evang. tract. 31.
8. & 9.
nt miniſtros , ut
:héndcrent eum.
pprehénderent ?
ılentem ? ... Di-
:ſus : Adhuc mó-
npus vobiſcum
l modò vultis fá-
ıri eſtis , ſed non
ia modò nolo....
lébeo diſpenſa-
:am , & ſic per-
paſſiónem meã.
ıe , & non inve-
Noluérunt enim
præſentem , &
æfiérunt , cùm
ı eum multitúdi-
redentem.... Vi-
ingenti crímine
aſtrictos , quan-
ccidérunt quem
: adoráre debué-
oc putábant eſſe

inexpiábile. Magnum enim fácinus erat , cujus conſi-derátio illos fáceret deſperáre : ſed non debébant deſperáre , pro quibus in cruce pendens Dóminus eſt dignátus oráre ... Vidébat quoſdam ſuos inter multos aliénos ; illis jam petébat véniam à quibus adhuc accipiébat injúriam. Non enim attendébat quòd ab ipſis moriebátur , ſed quia pro ipſis moriebátur.

℞. Adhuc módicum tempus vobiſcum ſum , & vado ad eum qui me miſit. * Quærétis me , & non inveniétis : &, ubi ego ſum , vos non poteſtis veníre. ℣. Quia deſpexiſtis omne consílium meum , & increpatiónes meas neglexiſtis. * Quærétis. *Repet.* ℞. Adhuc. *Joann.* 7. *Prov.* 1.

Ad Bened. *Ant.* 8. g. Omnes ſitientes , veníte ad aquas. Et qui non habétis argentum , properáte , émite abſque ulla commutatióne ; veníte ad me , & vivet ánima veſtra. *Iſ.* 55.

Oratio.

IMplorámus in jejúnio , Dómine , miſericórdiam tuam ; ut te , qui fons es miſericórdiæ , toto deſidério ſitientes , caritátis tuæ abundántiâ repleámur ; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

CANON.

Ex Concílio Lateranenſi ſecundo œcuménico.

Ann. 1139. *Can.* 22.

QUia inter cétera unum eſt quod ſanctam máximè perturbat Eccléſiam, falſa vídelicet pœniténtia, confratres noſtros & Preſbyteros admonémus ne falſis pœniténtiis laicórum ánimas décipi, & in inférnum pértrahi patiantur. Falſam autem pœniténtiam eſſe conſtat, cùm, ſpretis plúribus, de uno ſolo pœniténtia ágitur; aut cùm ſic ágitur de uno, ut non diſcedátur ab álio. Unde ſcriptum eſt: Qui totam legem obſerváverit, offendit autem in uno, factus eſt ómnium reus; ſcílicet quantùm ad vitam ætérnam.

Ad Magníf. *Ant.* 4. d. Clamábat Jeſus dicens: Si quis ſitit, véniat ad me, & bibat; qui credit in me, flúmina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. *Joann.* 7.

Oratio.

EFfunde ſuper nos, Dómine, aquas grátiæ tuæ ſalutáres; ut per fidem & bona ópera, Paſſiónis tuæ múnera conſequámur; Qui vivis & regnas, cum Deo Patre, in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per.

FERIA TE

De Jeremía Pr

Lectio j. C

CIrcuíte vias J & aſpícite, & ráte, & quærite ejus, an inveniá facientem judíciu rentem fidem; & ero ei. Quòd ſi ét vit Dóminus, dí hoc falsò jurábu ne, óculi tui fidem: percuſſiſt non doluérunt: eos, & renuérunt diſciplínam: ind fácies ſuas ſupra & noluérunt rev ſalem.

℟. Cogitavéru

Lectio i

EGo autem di tan paúpere ſtulti, ignoran Dómini, judíciu Ibo ígitur ad op loquar eis; ipſi gnovérunt viam judícium Dei ſu magis hi ſimul runt jugum, rup cula. Idcircò pe leo de ſilva, ſu ſperam vaſtávit dus vígilans ſup tes eórum: omnis ſus fúerit ex eis, quia multiplicát varicatiónes cón fortátæ ſunt ave rum. Super quo

›ótero ? Filii tui
unt me, & ju-
is qui non ſunt
ivi eos, & mœ-
, & in domo me-
ıxuriabantur. E-
›res, & emiſsárii
: unuſquiſque ad
róximi ſui hin-
umquid ſuper his
›o, dicit Dómi-
ı gente tali non
ánima mea ? Je-

s meus, *p.* 246.

ıncti Evangélii
ım Joannem.

iij. Cap. 7.

émpore; Ambu-
ſus in Galilæam:
volébat in Ju-
›uláre, quia quæ-
m Judæi interfí-
liqua.

ſancti Auguſtíni
píſcopi.

in Joann. Evang.
8. & 11.

poteſt mundus
e vos. Quid eſt
: Non poteſt
›diſſe amatóres
›os teſtes: Bona
s quæ mala ſunt;
æ bona ſunt. Me
:, quia ego teſti-
erhíbeo de illo,
ejus mala ſunt...
:rgo: Ubi eſt il-
mur multum de

eo erat in turba. Unde murmur ? de contentióne. Quæ fuit conténtio ? Quidam enim dicébant: Quia bonus eſt; álii autem: Non, ſed ſedúcit turbas. De ómnibus ſervis ejus intelligendum: hoc dícitur modò. Quicumque enim eminúerit in áliqua grátia ſpiritáli, profectò álii dicunt: Bonus eſt; álii: Non, ſed ſedúcit turbas.... Quod dictum eſt ergo de Dómino, valet ad conſolatiónem, de quocumque hoc dictum fúerit Chriſtiáno.

℟. Qui odérunt te, Dómine, óderam; & * Super inimícos tuos tabeſcébam: perfecto ódio óderam illos, & inimíci facti ſunt mihi. ℣. Me odit mundus, quia ego teſtimónium perhíbeo de illo, quòd ópera ejus mala ſunt. * Super. *Repetitur* ℟. Qui odérunt te. *Pſ.* 138. *Joann.* 7.

Ad Bened. *Ant.* 4. E. Odio habuérunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abomináti ſunt. *Amos*, 5.

Oratio.

PRótege, Dómine, pópulum tuum; ut, ſuperátis hujus mundi tentatiónibus, te ſolum Deum, & ſincéro corde & liberâ voce palàm confiteátur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

CANON.

Ex Concílio Lateranenſi ſecundo œcuménico.

Ann. 1139. *Can.* 22.

FAlſa fit pœniténtia, cùm pœnitens ab offício vel curiáli vel negotiáli non recédit, quod ſine peccáto agi nullâ ratióne prævalet; aut ſi ódium in corde geſtétur; aut ſi offenſo cuílibet non ſatisfíat; aut ſi offendenti offenſus non indúlgeat.

Ad Magníf. *Ant.* 1. g. Judæi quærébant Jeſum in die feſto, & murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicébant: Quia bonus eſt; álii autem dicébant: Non, ſed ſedúcit turbas. *Joann.* 7.

Oratio.

VIncula, Dómine, quæſumus, humánæ pravitátis abrumpe; ut ad confitendum nomen tuum líberâ mente currámus; Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 6.

CUi loquar? & quem conteſtábor ut aúdiat? ecce incircumcíſæ aures eórum, & audíre non poſſunt: ecce verbum Dómini factum eſt eis in oppróbrium, & non ſuſcípient illud. Idcircò furóre Dómini plenus ſum, laborávi ſúſtinens: effunde ſuper

párvulum foris, &
concílium júvenum
vir enim cum mul
piétur, ſenex cum
diérum. Et transíbi
mus eórum ad á
agri & uxóres párit
extendam manum
ſuper habitantes t
dicit Dóminus. A
quippe uſque ad m
omnes avarítiæ ſt
& à prophéta uſqu
cerdótem cuncti
dolum. Et curábai
tritiónem fíliæ póp
cum ignomínia, di
Pax, pax; & non e
Confúſi ſunt quia
natiónem fecérunt
pótiùs confuſióne n
confúſi, & erubéſc
ſciérunt. Quamobr
dent inter ruentes:
pore viſitatiónis ſi
ruent. Jerúſalem.

℟. Dixit Dóminus

Lectio ij.

HÆc dicit Dó
State ſuper v
vidéte, & interro
sémitis antíquis,
via bona, & ambu
ea; & inveniétis
rium animábus ve
dixérunt: Non am
mus. Et conſtítui ſu
ſpeculatóres: aud
cem tubæ. Et di
Non audiémus. Ide
te, gentes; & cog
congregátio, quai

ım eis. Audi, terra :
: ego addúcam mala
:r pópulum iſtum, fru-
n cogitatiónum ejus :
ı verba mea non audié-
t, & legem meam pro-
:runt. Ut quid mihi thus
Saba affertis, & cála-
m ſuáve olentem de ter-
longinqua? Holocautó-
ta veſtra non ſunt ac-
pta, & víctimæ veſtræ
n placuérunt mihi. Pro-
reà hæc dicit Dóminus :
ce ego dabo in pópulum
um ruínas; & ruent in
patres & fílii ſimul : vi-
us & próximus perí-
nt. Jerúſalem.

℟. Si ſanguis, *p.* 244.

éctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio iij. Cap. 10.

N illo témpore; Facta ſunt Encænia in Jeroſó-
nis : & hiems erat, &
ibulábat Jeſus in tem-
), in pórticu Salomónis.
réliqua.

Homília ſancti Petri Chryſólogi.

rm. 40. de bono Paſtore.

Uærámus hujus quæ vis, quæ rátio ſit
tóris, quæ hujus cauſa
ortis, quæ hujus ſit utíli-
Paſſiónis. Eſt planè vis
ta, vera rátio, cauſa
ens, utílitas tanti ſán-
inis peraperta. Namque
ltóris unâ ex morte virtus emícuit ſinguláris; Paſtor pro óvibus morti quæ óvibus imminébat, occurrit : ut auctórem mortis diábolum, novo órdine, captus cáperet; victus vínceret; puníret occíſus; & óvibus, moriendo, viam vincendæ mortis aperíret. Nam & diábolus, dum in hóminem tendit, proſilívit in Deum : dum in reum ſævit, incurrit in Júdicem : ínvenit ſupplícium, dum íngerit pœnam : ipſe áccipit, dum dat ſenténtiam : & vivens mortálium paſtu mors móritur, dum dévorat vitam : abſorbens reos, mors abſorbétur, innocéntiæ dum deglútit Auctórem : & perit mors ipſa quæ perdébat omnes, dum ómnium perímere vult ſalútem. Audi vocem Paſtóris hujus : Oves meæ vocem meam aúdiunt, & ſequuntur me. Neceſſe eſt, ut quæ ſunt ad mortem ſecútæ, ſequantur ad vitam : quæ ad contuméliam comitátæ ſunt, comitentur ad honórem : & ſint partícipes glóriæ, quæ paſſiónis partícipes extitérunt. Ubi ſum, inquit, ego, ibi erit & miniſter meus. Ubi? útique ſuper cœlos, ubi Chriſtus eſt ad déxteram Dei ſedens. Homo, non te turbet fides : ſpes te lóngior non fatíget; quia certa tibi res eſt, quæ

in ipſo tibi rerum ſervátur Auctóre.

℟. Sicut víſitat paſtor gregem ſuum, ſic viſitábo oves meas; * Quod períerat, requíram, & paſcam illas in judício. ℣. Oves meæ non períbunt in ætérnum, & non rápiet eas quiſquam de manu mea. * Quod períerat. *Repet.* ℟. Sicut víſitat. *Ezech.* 34. *Joann.* 10.

Ad Bened. *Ant.* 2. D. Salvábo gregem meum: vos autem greges mei, greges páſcuæ meæ, hómines eſtis, & ego Dóminus Deus veſter. *Ezech.* 34.

Oratio.

GRegi tuo, Paſtor bone, placátus intende; & oves, quas pretióſo Sánguine redemiſti, diabólicâ non ſinas incurſióne lacerári; Qui vivis.

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi primo.

Ann. 1565. *part.* 2. *tit.* 6.

COnfeſsóres cánones pœnitentiáles bene nóverint; & de pœniténtia quam cuíque peccáto præſcripsérunt, confiténtes admóneant: ut tantò diligéntiùs à peccátis cavére ſtúdeant, quantò in pœniténtiis cánonum mitigandis benigniórem in ſe Eccléſiam experiuntur.

Ad Magníf. *An*
Oves meæ vocem
aúdiunt: & ego c
eas, & ſequuntur
ego vitam ætérnam
Joann. 10.

Oratio.

LIbera, quæſum
mine, à pec
hóſtibus pópulum
plicantem; ut ſa
vens converſatió
péreat, & grátiæ t
sídio ſemper mu
Per Dóminum noſt
ſum Chriſtum.

FERIA QUI
De Jeremía Pro
Lectio j. *Cap*

HÆc dicit D
exercítuum
Iſrael: Bonas fác
veſtras & ſtúdia
& habitábo vobiſ
loco iſto. Nolíte c
in verbis mendáci
tes: Templum D
templum Dómini
plum Dómini eſt
niam ſi benè di
vias veſtras & ſtú
ſtra; ſi fecéritis j
inter virum & p
ejus, ádvenæ &
& víduæ non fec
lúmniam, nec sá
innocentem effud
loco hoc; & p
aliénos non ambu
in malum vobiſ
habitábo vobiſcu
iſto; in terra qu

veſtris à ſéculo in ſéculum. Jerú-

;itavérunt, *p.* 245.

Lectio ij.

:ne vides quid iſti :iunt in civitáti- :, & in platéis Je- ? Filii cólligunt & patres ſuccen- iem, & mulieres ;unt ádipem, ut placentas regínæ . libent diis alié- me ad iracúndiam nt. Numquid me ndiam próvocant, ıminus? nonne ſe- ; in confuſiónem ai? Ideò hæc di- ıinus Deus: Ecce .eus & indignátio flátur ſuper locum ſuper viros & ſu- enta, & ſuper li- :egiónis & ſuper erræ, & ſuccen- non extinguétur.... bum præcépi eis di- díte vocem meam, obis Deus, & vos ıihi pópulus: & :e in omni via quã i vobis, ut benè s. Et non audié- nec inclinavérunt ſuam: ſed abié- voluntátibus, & .táte cordis ſui ma- .alem.

eus meus, *p.* 246.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio iij. Cap. 7.

In illo témpore: Rogábat Jeſum quidam de Phariſæis ut manducáret cum illo. Et ingreſſus domum Phariſæi diſcúbuit. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 33. *in Evang.* §. 2.

Liquet, Fratres, quòd illícitis áctibus priùs múlier intenta, unguentum ſibi pro odóre ſuæ carnis adhibuit. Quod ergo ſibi túrpiter exhibúerat, hoc jam Deo laudabíliter offerébat. Oculis terréna concupíerat, ſed hos jam per pœniténtiam cónterens flebat. Capillos ad compoſitiónem vultûs exhibúerat, ſed jam capillis lácrymas tergébat. Ore ſuperba díxerat; ſed pedes Dómini óſculans, hoc in Redemptóris ſui veſtígia figébat. Quot ergo in ſe hábuit oblectamenta, tot de ſe invénit holocauſta. Convertit ad virtútum númerum, númerum críminum; ut totum ſervíret Deo in pœniténtia, quidquid ex ſe Deum contémpſerat in culpa.

℟. Dixit Jeſus ad mulíerem peccatrícem: * Remittuntur tibi peccáta: fides tua te ſalvam fecit.

vade in pace. ℣. Delévi ut nubem iniquitátes tuas, & quaſi nébulam peccáta tua. * Remittuntur. *Repetitur* ℟. Dixit Jeſus. *Luc.* 7. *Iſ.* 44.

Ad Bened. *Ant.* 1. D. Confuſiónis adoleſcéntiæ tuæ oblivíſcéris; in miſericórdia ſempiterna miſertus ſum tuî, dixit Redemptor tuus Dóminus. *Iſ.* 54.

Oratio.

DEus, qui multùm diligéntibus multa peccáta remittis; infunde córdibus noſtris tui amóris affectum, ut ab ómnibus peccátis noſtris tuâ miſericórdiâ liberémur; Per Dóminum.

CANÓN.

Ex Concílio Lateranenſi quarto œcuménico.

Ann. 1215. *Cap.* 21.

SAcerdos ſit diſcrétus & cautus, ut more períti médici ſuperinfundat vinum & óleum vulnéribus ſauciáti; diligenter inquírens & peccatóris circumſtántias & peccáti, per quas prudenter intélligat, quale illi consílium débeat exhibére, & cujúſmodi remédium adhibére, diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrótum.

VESPERÆ de Sequenti.

FERIA SEX
Fit Officium
DE COMPASSIONI
Duplex III. Cl
IN I. VESPE
Pſalmi de Feria in toto Officio.

Antiphona 2.

FIlia pópuli me
ctum unigéniti
planctum amárum.
6.

Ant. 3. a. Lácry
in maxillis ejus :
qui conſolétur eam
nibus caris ejus. *Th*

Ant. 8. c. Tórcul
cávit Dóminus vir
liæ Juda, quóniam
luit inimícus. *Thre*

Ant. 6. *c.* Filia S
preſſa eſt amaritúdi
egreſſus eſt omnis
ejus. *Thren.* 1.

Ant. 4. f. Ipſa
converſa eſt retrorſ
póſita eſt vehem
non habens conſola
Thren. 1.

Capitulum. Ruth

NE vocétis me N
id eſt pulchra
vocáte me Mara,
amáram, quia am
ne valdè replévit m
nípotens.

Hymnus.

DUm ſpargit ar
guine
Jeſus ſalútis hóſtia
Præſens dolóris æn
María pectus ímm

ruentum Filii,
:ónat vérticem:
em fígitur
uci, Chriſto pa-

›nis mútuæ,
ría, cónſcii;
›bis vúlnera
adem párcite.
vos dolétis, no-
:ſt
›rque críminum:
elus faténtibus
›lóris réddite.
.us es de Vírgine,
i ſit glória,
e & almo Spíritu,
erna ſécula.
a.
.ma mea turbáta
, ℟. Sed tu, Dó-
quequò? *Pſ.* 6.
ıgníf. *Ant.* 5. C.
arábo te, fília Je-
cui exæquábo te,
ı Sion? Magna eſt
ıt mare contrítio
; medébitur tuî?

, *infrà ad Laudes.*
nmem. Feriæ.
:mittuntur ei pec-
:a, quóniam di-
tùm. *Luc.* 7.
ábunt in ánimam
Et ſánguinem in-
ı condemnábunt.

Oratio.
:o ſupplicatióni-
noſtris, omnípo-
;; & quibus fidú-
ciam ſperandæ ſalútis indulges, conſuétæ miſericórdiæ tríbue benignus effectum; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

AD COMPLETORIUM.

Capitulum. Omnes vos. *pag.* 31.

Hymnus. Virgo Dei génitrix, *p.* lxviij. *ut in Officio B. M. in Sabbato.*

AD MATUTINUM.

Invit. Jeſum Crucifixum ſuper quem planxit Mater, * Veníte, adorémus. *Zach.* 12.

Pſalm. Veníte, *ſine* Glória Patri: *ſed dicto* Quadraginta, *dicitur* * Veníte, adorémus. *Deinde repetitur Invitatorium.*

Hymnus, Dum ſpargit: *ſuprà*, *pag.* 262.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Ego plorans, & óculus meus dedúcens aquas, quia longè factus eſt à me conſolátor. *Thr.* 1.

Ant. 6. c. Dolor meus ſuper dolórem: in me cor meum mœrens. *Jerem.* 8.

Ant. 7. c. Vocem meam audiſti, Dómine; ne avertas aurem tuam à ſingultu meo & clamóribus. *Thr.* 3.

℣. Ad te clamávi, dum anxiarétur cor meum; ℟. Quia factus es ſpes mea, Deus. *Pſ.* 60.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 8.

QUómodò dícitis : Sapientes nos ſumus, & lex Dómini nobiſcum eſt ? verè mendácium operátus eſt ſtylus mendax ſcribárum. Confúſi ſunt ſapientes, pertérriti & capti ſunt ; verbum enim Dómini projecérunt, & ſapiéntia nulla eſt in eis. Proptéreà dabo mulíeres eórum éxteris, agros eórum hærédibus ; quia à mínimo uſque ad máximum omnes avarítiam ſequuntur ; à prophéta uſque ad ſacerdótem cuncti fáciunt mendácium. Et ſanábant contritiónem fíliæ pópuli mei ad ignomíniam, dicentes : Pax, pax : cùm non eſſet pax. Confúſi ſunt, quia abominatiónem fecérunt : quinimò confuſióne non ſunt confúſi, & erubéſcere neſciérunt ; idcircò cadent inter corruentes, in témpore viſitatiónis ſuæ córruent, dicit Dóminus. Jerúſalem.

℟. Erit in die illa, dicit Dóminus ; convertam ómnia cántica veſtra in planctum, & * Ponam diem eam quaſi luctum unigéniti, & noviſſima ejus quaſi diem amárum. ℣. Filius hóminis tradendus eſt in manus hóminum ; & occídent eum. * Ponam diem. *Amos* 8. *Matth.* 17.

Lectio ij

ADan audítu
mitus equór
à voce hinnítuum
rum ejus commót
nis terra : & vené
devoravérunt te
plenitúdinem ejus
& habitatóres ej
ecce ego mittam v
pentes régulos, qu
eſt incantátio ; &
bunt vos, ait D
Dolor meus ſuper
in me cor meum
Ecce vox clamó
pópuli mei de t
ginqua : Numqui
nus non eſt in S
rex ejus non eſt
Quare ergo me a
diam concitavérun
ptílibus ſuis, &
tátibus aliénis ?
meſſis, finíta eſt
nos ſalváti non ſu
per contritióne fi
puli mei contrítu
contriſtátus, ſtup
nuit me. Numqui
non eſt in Gála
médicus non eſt ib
ígitur non eſt ob
cátrix fíliæ pópu
Jerúſalem.

℟. Multiplicáta
hi víduæ Jerúſale
duxi eis ſuper mat
leſcentis vaſtatór
die ; & resíduos in
dabo. ℣. Ecce vér
in quibus dicent

: ventres qui non
:, & úbera quæ
rérunt: * Induxi.
. *Luc.* 23.
iij. Cap. 9.
dicit Dóminus
cituum, Deus Iſ-
templámini, &
mentatríces, &
& ad eas quæ ſa-
nt, míttite, &
: feſtínent, & aſ-
per nos lamen-
úcant óculi noſtri
, & pálpebræ no-
ant aquis. Quia
ntatiónis audíta
n: Quómodò va-
s & confúſi vehe-
quia derelíquimus
quóniam dejecta
ernácula noſtra.
go, mulíeres, ver-
nini; & aſsúmant
træ ſermónem o-
& docéte filias ve-
entum; & unaquæ-
imam ſuam plan-
uia aſcendit mors
ſtras noſtras, in-
t domos noſtras,
re párvulos déſo-
nes de platęis. Je-

dúcant óculi mei
m per noctem &
& non táceant;
iam contritióne
contríta eſt virgo
uli mei, plagâ péſ-
ementer. ℣. Si in
no hæc fáciunt, in
s Verna.

árido quid fiet? * Quóniam. *Non dicitur* Glória, *ſed rep.* ℟. Dedúcant. *Jerem.* 14. *Luc.* 23.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Dóleo ſuper te, decóre nimis & amábilis. Sicut únicum fílium, ita ego te diligébam. *II. Reg.* 1.

Ant. 4. d. Fili mi, fili mi, quis mihi tríbuat ut ego móriar pro te? *II. Reg.* 18.

committens: dei
niam res magna
júnxerat, ipsóru
attollens, ait:
vobiſcum ſum
diébus uſque ad
matiónem ſécu
auctoritátem a
tiam? viden qu
tiam illa, obſecr
grátiâ, dicta fúe
cum ipſis autem
futúrum dixit,
ómnibus qui poſ
creditúri: non c
ad ſéculi conſ
nem parmaſi

ſed fidélibus ló-
utì uni córpori.
ıed. *Ant.* 1. f.
:éte omnes gen-
ómnia quæcúm-
ávi vobis : alle-
th. 28.

Oratio.

potens ſempiter-
eus, qui Paſchále
um in reconci-
ıumánæ fœdere
; da méntibus no-
quod profeſſióne
ıs, imitémur ef-
: Dóminum.

I N O N.

tutiónibus Ecclé-
ánæ in Conven-
lelodunenſi.

'9. *tit. de Euchar.*

equentem Com-
ıiónem cum fidei
:, ſpei confidén-
:átis ardóre, ac
ı puritáte pópuli
ſunt. Júvenes pri-
tanti Sacramenti
em admitti vo-
obentur ; & per
iquod, ántequàm
tur, ad fidei ſin-
,uſum & fructum
amenti inſtituan-

agníf. *Ant.* 1. D.
) vobiſcum ſum
diébus uſque ad
ıatiónem ſéculi :
Matth. 28.

SABBATO
In Albis.
Semiduplex.

AD MATUTINUM.

Pſ. 27. Ad te. *pag.* 7.
Pſ. 29. Exaltábo. *pag.* 7.
Pſ. 65. Jubiláte. *pag.* 8.

De Actibus Apoſtolórum.
Lectio j. Cap. 3.

Et nunc, fratres, ſcio quia per ignorántiam feciſtis, ſicut & príncipes veſtri. Deus autem quæ prænuntiávit per os ómnium Prophetárum pati Chriſtum ſuum, ſic implévit. Pœnitémini ígitur & convertímini, ut deleantur peccáta veſtra ; ut cùm vénerint témpora refrigérii à conſpectu Dómini, & míſerit eum qui prædicátus eſt vobis, Jeſum Chriſtum, quem oportet quidem cœlum ſuſcípere uſque in témpora reſtitutiónis ómnium: quæ locútus eſt Deus per os ſanctórum ſuórum à ſéculo Prophetárum. Móyſes quidem dixit : Quóniam prophétam ſuſcitábit vobis Dóminus Deus veſter de frátribus veſtris, tanquàm me : ipſum audiétis, juxta ómnia quæcúmque locútus fúerit vobis. Erit autem : Omnis ánima quæ non audíerit Prophétam illum, exterminábitur de plebe. Et omnes Prophétæ à Sámuel & deinceps qui locúti ſunt,

annuntiavérunt dies iſtos. Vos eſtis filii Prophetárum & teſtamenti quod diſpóſuit Deus ad patres noſtros, dicens ad Abraham: Et in sémine tuo benedicentur omnes famíliæ terræ. Vobis primùm Deus súſcitans Fílium ſuum, miſit eum benedicentem vobis, ut convertat ſe unuſquiſque à nequítia ſua.

℟. Jeſum, *pag.* 359.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 260. *al.* 11. *de Div.*

Lectio ij.

INfantes appellámini, quóniam regeneráti eſtis, & novam vitam ingreſſi eſtis, & ad vitam æternam renáti eſtis; ſi hoc quod in vobis renátum eſt, malè vivendo non ſuffocétis. Reddendi eſtis pópulis, miſcendi eſtis plebi fidélium: cavéte ne imitémini malos fidéles, imò falſos fidéles: quaſi confitendo fidéles; ſed malè vivendo infidéles. Vidéte quia teſtíficor vobis coram Deo & Angelis ejus: caſtitátem ſerváte, ſive conjugálem, ſive omnímodæ continéntiæ. Quiſque, quod vovit, reddat... Cavéte à fráudibus in negótiis veſtris: cavéte à mendáciis & perjúriis: cavéte à verboſitáte & luxúriâ. Quæcumque non vultis fíeri vobis, nolíte fácer[e]
homínibus & D[eo]
ágite, & Deus
vobiſcum.

℟. Sive vívimu[s]

Léctio ſancti E[vangélii]
ſecundùm Jo[annem]

Lectio iij. C[ap.]

IN illo tempo[re]
Sábbati Marí[a]
léne venit manè
huc ténebræ eſſe[nt]
numentum. Et r[eliqua.]

Homília ſancti
Chrysóſto[mi]

84. *in Joan*[nem]

MAría máxi[me]
ſtrum dili[g]
Sábbatum prætér
ſáre non pótuit;
adhuc ténebræ e[ſſent]
quam ſibi à loc[o]
conſolatiónem,
tulit: &, cùm vi[dit]
dem revolútum,
trávit, neque in
ſed ad diſcípulo[s]
ex nímio deſidér[io]
veniſſet María,
ficaſſet, audien[tes]
& Joannes, pró[perant ad]
ſepulcrum, vidé[nt]
teámina póſita;
reſurrectiónis ſig[num]
que enim, ſi q
abſtuliſſent, in e
óperam conſu[m]
neque ſi furáti e
tráhere ſudáriu[m]
vere, & in unu[m]
pónere curaſſent
pus, ut erat, ab

edixit Joan-
cum myrrha
e, quæ non
pix, córpori
ongliutinat; ut
ſudária in ſe-
átim póſita,
um non arbi-
nim fur ádeò
et ut in re ſu-
m laboraſſet.
tiâ ſudária di-
odò id facien-
otuit? étenim
o erat immo-
leprehendi po-
autem linteá-
itìm póſita e-
árium ſepará-
m? Ut intellí-
erturbátè & fe-
iſſe: ex hoc re-
n Apóſtoli cre-

d. *Ant.* 8. c.
ívit in monu-
vidit linteámi-
ſudárium quod
r caput Jeſu.
vit & ille diſcí-
énerat primus:
crédidit: alle-
20.

ratio.

:, quæſumus,
otens Deus, ut
ctiónis Domí-
ia cólimus, in-
tui Spíritûs à
æ reſurgámus;
Dóminum....
ejuſdem.

CANON.

Ex Concílio Toloſáno.
Ann. 1590. *part.* 2. *can.* 5.

QUæ tanto animárum diſpéndio in locis quibuſdam incrébuit, ſerò nímiùm communicandi conſuetúdo, ſánctiùs erit immutanda: adoleſcentéſque ii, quos de ſumendo myſtério ſatis decérnere poſſe Párochi vel Confeſſárii judicárint, ad Communiónem ſunt à Parochis recipiendi, imò étiam impellendi.

DOMINICA
In Albis.

Duplex III. Claſſis.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Sabbato.

Antiph. 1. *toni*, D.

REgenerávit nos Deus in ſpem vivam, per Reſurrectiónem Jeſu Chriſti ex mórtuis in hæreditátem incorruptíbilem: allelúia. *I. Petr.* 1.

Ant. 2. D. Chriſtus tráditus eſt propter delícta noſtra, & reſurrexit propter juſtificatiónem noſtram: allelúia. *Rom.* 4.

Ant. 3. a. Pro ómnibus mórtuus eſt Chriſtus, ut & qui vivunt, jam non ſibi vivant; ſed ei qui pro ipſis mórtuus eſt, & reſurrexit: allelúia. *II. Cor.* 5.

Ant. 4. A. Salvos nos fecit Deus per lavacrum regeneratiónis & renova-

tiónis Spíritûs ſancti, quem effúdit in nos abundè per Jeſum Chriſtum: allélúia. *Tit.* 3.

Ant. 5. a. Nunc ſolúti ſumus à lege mortis, ut ſerviámus in novitáte Spíritûs, & non in vetuſtáte lítteræ: allelúia. *Rom.* 7.

Capitulum. I. Cor. 5.

PAſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus: ítaque epulémur, non in fermento véteri, neque in fermento malítiæ & nequítiæ, ſed in ázymis ſinceritátis & veritátis.

Hymnus.

HERÓUM táceat glória fútilis:
Quid vicêre viri cœdibus ínclyti?
Cui quondàm lícuit súrgere mórtuis?
Morti jura quis ímperet?
VIVIS, Chriſte, necis victor & ínferi:
Deviciſſe necem non datur álteri:
Non unquàm túmuli pándere límina:
Tu vis; & patet óſtium.
UT quid thura Deo, pérfida gens, negas?
Miro nunc óperi cédite súbditi:
En ſe, quem penès eſt ſponte resúrgere,
Quàm vitæ Dóminum probat!
NON ultrà récidet víctima fúneris:

Hic lethi-ne cad…
ſaucius,
Per quem fract…
mortis acúle…
Cui mors flectit…
CHRISTI grat…
nere rédditâ
Vitâ quiſque fi…
próvidens,
Invictus máneat:
datam
Auſit fállere déx…
SIT laus ſum…
ſúmmaque F…
Qui victor, dómi…
renáſcitur:
Nec ſit, Sancte,
xus amábilis
Impar glória, S…
Amen.

℣. Dómine, i… vultûs tui amb…
℟. Et in nómine… tábunt. *Pſ.* 88.

Ad Magníf. …
Per Reſurrectió… deglútiit morten… æternæ hærédes… mur: allelúia. *I.*

Oratio, Præſt… mus. *infrà ad L…*

AD COMPLET…

Pſalmi de S…
Reliqua in Pro… poris Paſchalis,

AD MATUT…

Invit. Auctó… quem Deus ſuſ… mórtuis, * Venít… mus: allelúia. *A…*

Pſalmus, Ven…
Hymn. Adeſte…

almi è I. Noc- ninicæ, ut in ſub Antiphonis
.
a. Per Chriſtum s in Deo qui ſuſ- n à mórtuis: al- Petr. 1.
. c. Mortificáti per corpus Chri- s altérius qui ex ſurrexit, ut fruc- Deo: allelúia.

d. Exhibéte vos uam ex mórtuis & membra veſ- juſtítiæ Deo: al- m. 6.
itémini Dómino, bonus; ℟. Quó- culum miſericór- Pſ. 117.
iones & Benedic- o Tempore Paſ- 134.
us Apoſtolórum.
o j. Cap. 4.
ntibus Petro & ne ad pópulum, érunt Sacerdótes, trátus templi & , dolentes quòd pópulum, & an- it in Jeſu reſurrec- x mórtuis: & in- in eos manus, & t eos in cuſtódiam num: erat enim era. Multi autem ii audíerant ver-

bum, credidérunt; & factus eſt númerus virórum quinque míllia. Factum eſt autem in cráſtinum ut congregarentur Príncipes córum, & ſenióres & ſcribæ in Jerúſalem; & Annas Princeps Sacerdótum, & Cáiphas & Joannes & Alexander, & quotquot erant de génere ſacerdotáli. Et ſtatuentes eos in médio interrogábant: In qua virtúte, aut in quo nómine feciſtis hoc vos?

℟. Vos pópulus acquiſitiónis: qui aliquandò non pópulus, nunc autem pópulus Dei: * Qui non conſecúti miſericórdiam, nunc autem miſericórdiam conſecúti: allelúia, allelúia. ℣. Dóminus elégit vos, quia diléxit vos; & redémit de domo ſervitútis. * Qui non. I. Petr. 2. Deut. 7.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 259. aliàs ex Sirmond. 19. in die Dominico Octavar. Paſchæ.

Lectio ij.

HOdiernus dies magno ſacramento perpétuæ felicitátis eſt nobis. Non enim ſicut iſte dies tranſitúrus eſt, ſic tranſitúra eſt & vita, quam dies iſto ſígníficat. Itaque, fratres, exhortámur & obſecrámus vos in nómine Dómini noſ-

tri Jeſu Chriſti, per quem nobis peccáta dimiſſa ſunt, qui vóluit prétium noſtrum eſſe ſánguinem ſuum, qui nos indignos qui vel ſervi ejus dicerémur, fratres fácere dignátus eſt; ut omnis inténtio veſtra, quare Chriſtiáni eſtis, & nomen ejus in fronte & in corde portátis, non dirigátur niſi ad illam vitam quæ nobis cum Angelis eſt futúra: ubi perpétua quies, ſempiterna lætítia, indefíciens beatitúdo, nulla perturbátio, nulla triſtítia, nulla mors. Quam vitam noſſe non poſſunt, niſi qui experiuntur: experíri autem non pótet unt, niſi qui credunt. Si enim exigátis ut quod vobis promittit Deus demonſtrémus vobis, non póſſumus. Sed audiſtis quómodò conclúſit Evangélium Joannis: Beáti qui non vident, & credunt. Et vidére vultis; & ego. Páriter credámus, & ſimul vidébimus.

℟. Deponentes omnem malítiam, * Sicut modò géniti infantes, rationábiſe ſine dolo lac concupíſcite, ut in eo creſcátis in ſalútem: allelúia, allelúia. ℣. Teſtes vos eſtis quia ipſi elegéritis vobis Dóminum ut ſerviátis ei: nunc ergò inclináte corda veſtra ad Dóminum. * Sicut. Glória Patri. * Sicut. *Joſue. 24.*

Léctio ſancti ... ſecundùm J...

Lectio iij. C...

CUm ſerò ... illo, unâ S... & fores eſſent ... erant diſcípuli ... propter metum ... venit Jeſus, & ... dio & dixit eis: ... Et réliqua.

Homília ſancti ... Papæ

Homil. 20. in E...

DIxit eis: ... ſicut miſit ... & ego mitto v... ſicut miſit me ... Deum, & ego m... mo hómines. P... miſit, qui hunc p... tióne géneris h... carnári conſtít... vidélicet in mu... re ad paſſióne... ſed tamen amá... quem ad paſſiór... electos verò Apó... minus non ad m... dia, ſed ſicut i... eſt, ad paſſióne... dum mittit. Qu... Filius amátur à ... tamen ad paſſión... tur: ita & diſcíp... mino amantur, ... ad paſſiónem mi... mundum. Itaque ... Sicut miſit me ... ego mitto vos; i...

ritâte díligo, cùm
cándala perſecutó-
ritto, quâ me cari-
ter diligit, quem ve-
d tolerandas paſſió-
cit.

LAUDES.

In. de Domin. cum
Quis eſt. *infrà in*
Temporis Paſcha-
376. ſub Antiphonis
ibus.

iph. 1. *toni*, G.
lus ſuſcitávit Chri-
ſtum à mórtuis, &
ei glóriam, ut fides
& ſpes eſſet in Deo:
ia. *I. Petr.* 1.
t. 8. c. Quem Deus
ávit à mórtuis, per
remíſſio peccatórum
tiátur: in hoc omnis
redit, juſtificátur.
13.

tiph. 3. a. Deus prop-
niam caritátem ſuam
lilexit nos cùm eſſé-
nórtui peccátis, con-
ávit nos in Chriſto:
ia. *Epheſ.* 2.
er Cantic. Quis eſt.
t. 5. a. Dedit ſemet-
i pro nobis, ut nos
eret ab omni iniqui-
& mundáret ſibi pópu-
acceptábilem: alle-
Tit. 2.
t. 2. D. Si complan-
facti ſumus ſimilitú-
mortis ejus, ſimul &
rrectiónis érimus:
úia. *Rom.* 6.

Capitulum. Act. 2.

PRovidens David, locútus eſt de Reſurrectióne Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro ejus vidit corruptiónem. Hunc Jeſum reſuſcitávit Deus.

Hymn. Auróra. ℣. Dóminus. *infrà in Proprio, pag.* 376 & 377.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Dicit Jeſus Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum; & noli eſſe incrédulus, ſed fidélis. Reſpondit Thomas: Dóminus meus & Deus meus: allelúia. *Joann.* 20.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui Paſchália feſta perégimus, hæc, te largiente, móribus & vitâ teneámus; Per Dóminum.

AD HORAS.

Dicuntur Hymn. cum Doxol. propria ut infrà p. 378.
Pſal. de Dom. ſub Antiphonis de Laud. ut ſuprà.

AD PRIMAM.

Ant. 1. G. Deus ſuſcitávit.
Dicitur Symb. Quicumque. *Capitul.* Regi ſeculórum. ℟. *br. cum dupl.* Allel.
℣. Qui ſurrexiſti, &c. *ut infrà, pag.* 378.
Cetera ut in Pſalterio.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanenſi tértio.

Ann. 1573. *part.* 1. *tit.* 7.

QUicumque in Paſcha ab Diœcéſi abſúerit, is reverſus, ſe eo témpore ſacram Comuniónem ſumpſiſſe teſtátum fáciat ſcripto ſacerdótis à quo súmpſerit .... alióquin, ut Ecclésiæ præcepto páreat, confeſſus in própria Parochiáli Ecclésia ſacram Euchariſtiam ſuſcípiat. Quod niſi fécerit, proùt juris eſt, pœnâ afficiátur.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Quem Deus.

Capitul. Act. 10.

JEſum Deus ſuſcitávit tértiâ die. Huic omnes teſtimónium périhibent, remiſſiónem peccatórum accípere per nomen ejus, omnes qui credunt in eum.

℟. *br.* Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus: * Allel. allel. ℣. Et exaltétur Deus ſalútis meæ: * Allel. allel. Glória. ℟. Vivit. *Pſ.* 17.

℣. Audítam fácite vocem laudis ejus, ℟. Qui póſuit ánimam meam ad vitam. *Pſ.* 65.

Oratio. Præſta. *ut ſuprà.*

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Deus.

Capit. II. Tim. 1.

GRátia quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante témpora ſecul... manifeſtáta eſt nunc ... illuminatiónem Salva... noſtri, qui deſtruxit ... tem.

℟. *br.* Reddam, Dó... ne, laudatiónes tibi; * ... allel. ℣. Quóniam eri... ánimam meam de mo... Allel. all. Glória. ℟. R... dam. *Pſ.* 55.

℣. Notas mihi feciſti ... vitæ; ℟. Adimplébis ... títiâ cum vultu tuo. *Pſ.* ...

Oratio. Præſta, ut ...

AD NONAM.

Ant. 2. D. Si comp... táti.

Capit. II. Tim. 2.

FIdélis ſermo: Si co... mórtui ſumus, & co... vivémus; ſi ſuſtinébim... & conregnábimus.

℟. *br.* Non diſcédim... à te, Dómine; * Allel. all. ... ℣. Vivificábis nos. * Allel. ... allelúia. Glória. ℟. Non. *Pſ.* 79.

℣. Apud te eſt fons vitæ, ℟. Et in lúmine tuo vidébimus lumen. *Pſ.* 35.

Oratio. Præſta, *ut ſuprà.*

AD II. VESPERAS.

Pſalm. de Dominicâ.

Antiph. 1. *toni*, D.

ALlelúia, quóniam regnávit Dóminus Deus noſter omnípotens: allelúia. *Apoc.* 19.

Ant. 2. D. Gaudeámus & exultémus, & demus glóriam ei: allel. *Apoc.* 19.

a. Beáti qui la-
ſuas in ſangui-
llel. *Apoc.* 22.
A. Sedenti in
Agno, benedíc-
ɔr in ſǽcula ſe-
allel. *Apoc.* 5.
.. Laudem dícite
ɔ, omnes ſervi
ii timétis eum:
. *Apoc.* 19.
I. Theſſ. I.
ſi eſtis ad Deum,
e Deo vivo &
xpectáre Fílium
lis quem ſuſcitá-
tuis, Jeſum.
Exurge, *p.* 383.
:mit nos ab ini-
is; ℟. Quóniam
m miſericórdia
35.
gníf. *Ant.* 8. g.
; Thomæ: Quia
, Thoma, credi-
:i qui non vidé-
didérunt: alle-
7. 20.
d Laudes.
.. *ut in Proprio*
ch. infrà, p. 384.
PRIUM
s PASCHALIS.
OMINICIS
s PASCHALIS.
Duplex.
ut in Dominica
exceptis quæ ſe-

ſp. Pſ. de Sab-
uinque Antiph. I.
n Dominica in

Albis, p. 367. *Capitulum, Antiphon. ad* Magn. & *Oratio propria ſunt. Hymn.* Heróum. *pag.* 368.

AD MATUTINUM. *Invit.* Auctorem, *pag.* 368. & *Hymnus.* Adeſte, *p.* 374.

Tres Pſalmi ut ſuo loco notantur, ſub unica Antiph. ſequenti.

Ant. 7. a. Audívi quaſi vocem tubárum multárum in cœlo dicéntium: Allelúia; ſalus & glória Deo noſtro eſt: allelúia. *Apoc.* 19.

℣. Cor meum & caro mea, ℟. Exultavérunt in Deum vivum. *Pſ.* 83.

Abſol. & Benedict. pro Tempore Paſchali, p. 134.

Lectiones in unaquaque Dominica.

I. ℟. Cantábant cánticum novum dicentes: Dignus es, Dómine, accípere librum, & aperíre ſignácula ejus; quóniam occíſus es, & * Redemiſti nos Deo in ſánguine tuo, ex omni tribu & lingua & pópulo & natióne: allel. all. ℣. Notam feciſti in pópulis virtútem tuam: redemiſti in bráchio tuo pópulum tuum. * Redemiſti. *Apoc.* 5. *Pſ.* 76.

II. ℟. Per vicos Jeruſalem Allelúia cantábitur. Benedictus Dóminus qui exaltávit eam; & * Sit regnum ejus in ſǽcula ſæcu-

lórum : allel. all. ℣. Allelúia : ſalus & gloria & virtus Deo noſtro eſt, quia vera & juſta judicia ſunt ejus. * Sit regnum. Glória. * Sit regnum ejus. *Tob.* 13. *Apoc.* 19.

AD LAUDES

Et ad Veſperas omnia ut in Dominica in Albis, præter Capitula, Antiph. ad Bened. *& ad* Magnificat *& Orationem.*

AD HORAS.

Omnia ut in eadem Dominica præter Can. ad Primam & Orat. ad ceteras Horas.

AD COMPLETORIUM, *ut infrà, pag. 384.*

IN FERIIS TEMPORIS PASCHALIS *uſque ad Aſcenſionem Domini.*

AD MATUTINUM.

Invit. Surrexit Dóminus verè : * Veníte, adorémus : allelúia. *Luc.* 24.

Pſalmus, Veníte, *p.* 2.

Hymnus.

ADESTE, cœlitûm chori,
Lætum ſonantes cánticum,
Dum liber inter mórtuos
Chriſtus ſepulcrum déſerit.

FRUSTRA ſepulcro mílites
Appónit insánus furor :
Fruſtrà ſpecûs gens pérfida
Firmat ſigillis óſtium.

INANIS abſiſtat metus :
Hinc nemo corpus aúferet;
Sed vi reviviſcet ſuâ,
Qui ſponte mortem pertulit.

CLAUSA, ſigillis integris,
Exíre ſpeluncâ poteſt,
Quem matris alvo virgini
Effúdit illæſus pudor.

RIDEBAT hunc olim trabe
Veſána pendentem cohors :
Deſcendat, inquit, et Deum
Illi Patrem fatébimur.

AT tu, paternis obſequens
Ad uſque mortem légibus,
Orbem Sacerdos víctima
Toto piábas ſánguine.

NON ille deſcendit cruce,
Plus fecit : ecce mórtuus
Se reddit ipſe lúmini;
Deo ſatum jam crédite.

¶ DA, Chriſte, nos tecum mori;
Tecum ſimul da súrgere;
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Filio
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat :
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

¶ *Hæc Strophe*, Da Chriſte, &c. *&* *Doxologia* Sit laus Patri. *dicitur uſque ad Aſcenſionem in fine Hymnorum hujus metri, niſi aliter notetur.*]

Tres Pſalmi ut diſtribuuntur infrà in qualibet

unica Antiphona

F. Quem occi-
.pendentes in li-
c Deus ſuſcitávit
allelúia. *Act.* 10.
ávit ſibi déxtera
Et bráchium ſan-
. *Pſ.* 97.
iones & Benedic-
bentur pag. 134.
re Paſchali: Le-
ò infrà in unaqua-

ſequentia dicuntur
i, ſecundùm Fe-
ſi aliter notetur.

A II. ET V.

Lect. ℟. Prínci-
lem cùm conſum-
mnia quæ de Jeſu
ant, deponentes
gno, poſuérunt in
nto; * Deus verò
eum à mórtuis:
allelúia. ℣. De
& de judício ſub-
abſciſſus eſt de
éntium. * Deus.
Iſ. 53.
Lect. ℟. Quæ ad
ſtros repromiſſio
* Hanc Deus ad-
reſúſcitans Je-
lelúia, allelúia.
nus Deus noſter
it miſericórdiam
am promíſit dó-
el. * Hanc. Gló-
nc Deus. *Act.* 13.
3.

FERIA III. ET VI.

Poſt j. Lect. ℟. Jeſum Nazarénum, virum approbátum à Deo virtútibus & prodígiis, per manus iniquórum affigentes intermiſtis, * Quem Deus ſuſcitávit: allelúia, allelúia. ℣. Ipſe eſt Deus vivens & ætérnus in ſǽcula, fáciens ſigna & mirabilia in cœlo & in terra. * Quem. *Act.* 2. *D... 6.*

Poſt j. Lect. ℟. Quem Deus ſuſcitávit à mórtuis, hic eſt lapis qui reprobátus eſt à vobis ædificántibus: * Et non eſt in álio áliquo ſalus: allelúia, allelúia. ℣. Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, hic factus eſt in caput ánguli. * Et. Glória. * Et. *Act.* 4. *Pſ.* 117.

FERIA IV.

Poſt j. Le.. ℟. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David. * Dignus eſt Agnus, qui occíſus eſt, accípere virtútem, & divinitátem, & glóriam: allelúia, allelúia. ℣. Pro eo quòd trádidit in mortem ánimam ſuam. * Dignus eſt. *Apoc.* 5. *Iſ.* 53.

Poſt ij. Lect. ℟. Jeſum Príncipem & * Salvatórem Deus exaltávit déxterâ ſuâ ad dandam pœniténtiam & remiſſiónem peccatórum: allelúia, allelúia. ℣. Déxtera Dómini fecit virtútem; à Dómino factum eſt

iſtud. * Salvatórem. Glória. * Salvatórem. *Act.* 5. *Pſ.* 117.

A D L A U D E S.

Pſalmi Feriales cum Cantico ut infrà ſub unica Antiph. 2. D. Deus.

Canticum. Iſ. 63.

QUis eſt iſte qui venit de Edom? * tinctis véſtibus de Boſra?

Iſte formóſus in ſtola ſua, * grádiens in multitúdine fortitúdinis ſuæ?

Ego qui loquor juſtítiam, * & propugnátor ſum ad ſalvandum.

Quare ergò rubrum eſt indumentum tuum? * & veſtimenta tua ſicut calcántium in torculári?

Tórcular calcávi ſolus,* & de géntibus non eſt vir mecum.

Calcávi eos in furóre meo, * & conculcávi eos in ira mea.

Et aſperſus eſt ſanguis eórum ſuper veſtimenta mea, * & ómnia indumenta mea inquinávi.

Dies enim ultiónis in corde meo, * annus redemptiónis meæ venit.

Circumſpexi, & non erat auxiliátor: * quæſivi, & non fuit qui adjuváret.

Et ſalvávit mihi bráchium meum, * & indignátio mea ipſa auxiliáta eſt mihi.

Ant. Deus ſuſcitávit

Chriſtum à mórtui
dit ei glóriam, ut f
ſtra & ſpes eſſet i
allelúia. *I. Petr.* 1

Capitulum. I. Pe

BEnedictus Deus
ter Dómini noſ
Chriſti, qui ſecund
ſericórdiam ſuam m
regenerávit nos in ſ
vam, per Reſurrec
Jeſu Chriſti ex mór
hæreditátem incorr
lem.

Hymnus.

AURORA luc
novæ
Spargit polum fulg
Victóris Agni júbil
Orbis triumphos p
Fuso Redemptor ſ
Piávit orbis crímin
Sciſsóque ſanctuár
Patére dat velámin

GRANUM ſolo r
tum
Iners manére non
Vix mórtuum jam
nat:
Hinc quanta púll
ges!

NON deſtruuntur
Sed ſeminantur có
Fecit reſurgendi v
Surgens ab ínferis

AFFIXA cum
cruci,
Chriſto caro com
Et ipſa ſurget ſplé
Chriſti decóra dó

DA, Chriſte, n
mori;

nul da ſúrgere ;
a contémnere ;
ι cœléſtia.
; Patri, laus Fílio
riumphátâ nece,
:cum dux vocat :
.bi laus, Spíritus.
en.
ıinus regnávit,
ndútus eſt; ℟. In-
Dóminus forti-
Pſ. 92.
nedict. *Dicuntur*
ι ſequentes hoc or-
Oratione Domi-
:dentis.
. *ad* Bened. *Ant.*
s nos conreſuſci-
Chriſto, ut oſtén-
ındantes divítias
æ in bonitáte ſu-
Chriſto Jeſu : al-
phes. 2.
II. ad Bened. *Ant.*
ædeſtinávit nos
ıdoptiónem filió-
Jeſum Chriſtum,
abémus redemp-
ıer ſánguinem e-
lúia. *Epheſ.* 1.
V. ad Bened. *Ant.*
ıerabundávit grá-
:i in nobis ; in quo
áti ſumus, in lau-
tiæ ejus : allelúia.

V. ad Bened. *Ant.*
ıórtui ſumus cum
; crédimus quia
am vivémus cum
allelúia. *Rom.* 6.
I. ad Bened. *Ant.*

8. c. Sicut portávimus imáginem hóminis terréni, portémus & imáginem cœleſtis : allelúia. *I. Cor.* 15.

[*In Sabbatis fit de Beata M. V. niſi occurrat Feſtum ſemiduplex aut ſuprà*].

Poſt Orationem fit Commemoratio Feſti ſimplicis, ſi quod occurrit.

Non fiunt Suffragia Sanctorum, toto Tempore Paſchali ; ſed ſola Commemoratio de S. Cruce in Feriis tantùm, ut ſequitur :

Ant. Chriſtus crucifixus eſt ex infirmitáte ; ſed vivit ex virtúte Dei : allelúia. *I. Cor.* 13.

℣. Dícite in natiónibus ;
℟. Quia Dóminus regnávit (à ligno). *Pſ.* 95.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum ſubíre voluiſti, ut inimíci à nobis expélleres poteſtátem ; concéde nobis fámulis tuis, ut Reſurrectiónis grátiam conſequámur ; Per eumdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Hymnus.

JAM lucis orto sídere,
Deum precémur súpplices,
Præſens benigno lúmine
Noſtros ut actus dírigat.
Nil lingua peccet, nil manus ;
Nil mens ináne cógitet.

In ore ſimplex véritas,
In corde regnet cáritas.
INCŒPTA dum fluet dies,
O Chriſte! ſis cuſtos vigil.
Da mente ſcire quod doces;
Da corde, quod jubes, ſequi.
TU ſpes ſalútis; áctuum
Tu finis & primórdium.
Te proſequámur aúſpice,
Quæ, te favente, cœpimus.
DA, Chriſte, nos tecum mori;
Tecum ſimul da súrgere;
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléſtia.
Sit laus Patri, laus Fílio
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

¶ *Ad Primam & ad alias Horas hæc Strophe;* Da, Chriſte. *dicitur uſque ad Pentecoſten; Doxologia verò,* Sit laus Patri. *uſque ad Aſcenſionem.*

Pſalmi de Feria, & ſic ad alias Horas.

Ant. 8. g. Cùm mórtui eſsétis in delíctis, convivificávit vos cum Chriſto Deus, donans vobis ómnia delícta: allelúia. *Coloſſ.* 2.

Capitulum. Epheſ. 5.

ERátis aliquando ténebræ, nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis, ambuláte; fructus enim lucis eſt in omni bonitáte, & juſtítia, & veritáte: probantes quid ſit ben[…]tum Deo.

℟. *br.* Chriſte F[…] vivi, miſerére nob[…] lelúia, allelúia. ℣. ([…]rexiſti à mórtuis. […]lúia, allelúia. Glóri[…] ℟. Chriſte. *Matth.* […] 8. *I. Tim.* 1.

℣. Exurge, D[…] ádjuva nos; ℟. Et […] nos propter nomen[…] *Pſ.* 43.

In Feriis, dicun[…]quentes

P R E C E[…]

KYrie, eléiſon. ([…]eléiſon. Kyrie, […] Pater noſter *ſecret[…]*

℣. Et ne nos ind[…] tentatiónem, ℟. Se[…] nos à malo.

Credo in Deum[…] *uſque ad* ℣. Carni[…] rectiónem: ℟. Vit[…]nam. Amen.

℣. Ego ad te, D[…] clamávi: ℟. Et m[…]tio mea prævénie[…] 87.

℣. Repleátur o[…] laude: ℟. Ut can[…]riam tuam, totâ […]gnitúdinem tuam.

℣. Averte fácien[…] peccátis meis: ℟. I[…] iniquitátes meas […] 50.

℣. Cor mundum[…] me, Deus; ℟. Et […] rectum ínnova in […]bus meis. *Pſ.* 50.

rojícias me à fá-
℞. Et Spíritum
uum ne aúferas
·50.
de mihi lætítiam
ıi : ℞. Et ſpíritu
confirma me.

:bdomadarius fa-
ionem.
teor Deo omni-
ıti, beátæ Maríæ
rgini, beáto Mi-
:hángelo, beáto
aptiſtæ, ſanctis
Petro & Paulo,
Sanctis, (& vo-
s,) quia peccávi
gitatióne, verbo
, [*ad ſequentia*
percutitur pectus]
·â, meâ culpâ,
imâ culpâ. Ideò
beátam Maríam
Vírginem, beá-
haélem Archán-
beátum Joannem
ı, ſanctos Apóſto-
ım & Paulum,
ınctos, (& vos,
oráre pro me
num Deum noſ-

ıs reſpondet.
:eátur tuî omní-
:ens Deus; &,
eccátis tuis, per-
ad vitam æter-

nadarius dicit :

: Chorus repetit *Confeſſionem*; *& ubi dictum eſt* vobis, fratres, *&* vos, fratres, *dicit:* tibi, Pater, *&* te, Pater.

Factâ Confeſſione à Choro, Hebdomadarius dicit:

Misereátur veſtrî omnípotens Deus; &, dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℞. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit* Confiteor, *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi, addendo particulam* (&) *ante has voces* ómnibus Sanctis, *&* omnes Sanctos; *deindè* Misereátur, *ſemel dicendo* noſtrî, noſtris, *&* nos].

Indulgéntiam, abſolutiónem & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus.

℞. Amen. *& proſequitur:*

℣. Dignáre, Dómine, die iſto, ℞. Sine peccáto nos cuſtodíre.

℣. Miserére noſtrî, Dómine; ℞. Miserére noſtrî. *Pſ.* 122.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℞. Quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℞. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum, ℞. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecíſti, tuâ nos hódiè ſalva virtúte, ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deindè in Choro legitur Martyrologium, in cujus fine reſpondetur Deo grátias: *& ſtatim Hebdomadarius dicit altâ voce:*

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus.

Et abſolutè ſine Dóminus vobiſcum, *& ſine* Orémus.

SAncta María, & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum, ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſalvári, qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Poſteà dicitur, ℣. Deus, in adjutórium meum inténde; ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. ℣. Deus, in adjutórium meum

℟. Dómine, ad
dum me feſtína.
in adjutórium m
tende; ℟. Dómin
juvandũ me feſtín
Glória Patri, &
Spirítui ſancto;
in princípio & nu
per, & in ſécul
rum. Amen.
Kyrie, eléiſon
eléiſon. Kyrie,
Tum ſecretò Pa
℣. Et ne nos i
tentatiónem; ℟.
nos à malo.
℣. Réſpice in ſe
Dómine, & in ó
& dírige fílio
℟. Et ſit ſplend
ni Dei noſtri ſ
& ópera mánuu
rum dírige ſup
opus mánuum
dírige. *Pſ.* 89. ℣
℟. Sicut erat.
Orému
DIrígere & ſa
régere &
dignáre, Dóm
Rex cœli & ter
corda & córpor
ſenſus, ſermóne
noſtros, in lege
opéribus manda
rum, ut hîc & in
te auxiliante, ſa
eſſe mereámur,
mundi; Qui vi
gnas in ſécula
℟. Amen.

verſus ad Cele-
petit benedictio-
s: Jube, Domne,
e.
ctio : Bonitátem
uam, & ſciéntiam
os Dóminus. ℟.
ſ. 118.
t lectio Canonis,
et die varius le-
habetur in Pro-
jus ſine dicitur Tu
ómine, miſerére
Deo grátias.
to Canone, Heb-
us dicit : ℣. Ad-
noſtrum in nómi-
ni, ℟. Qui fecit
terram. *Pſ.* 123.
dicit Benedícite.

n. ℣. Deus pacis
in omni bono, ut
ejus voluntátem:
nobis quod plá-
m ſe, per Jeſum
cui eſt glória
ſeculórum. ℟.
Hebr. 13.
ERTIAM.
Hymnus.
ns amóris, Spíri-
tus!
lumen méntium!
fúſus íntimis
flammas córdi-
s.
aritátis vínculo
re nectis Fílium,
móris mútui
cta jungant vín-
a.

Da, Chriſte, nos tecum
mori;
Tecum ſimul da súrgere;
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléſtia.

Sit laus Patri, laus Fílio
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 1. G. Deus & Dóminum ſuſcitávit, & nos ſuſcitábit per virtútem ſuam: allelúia. *I. Cor.* 6.

Capitulum. I. Cor. 5.

Chriſtus reſurrexit à mórtuis, primítiæ dormiéntium; quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.

℟. *br.* Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus: * Allelúia, allelúia. ℣. Et exaltétur Deus ſalútis meæ. Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Vivit. *Pſ.* 17.

℣. Audítam fácite vocem laudis ejus, ℟. Qui póſuit ánimam meam ad vitam. *Pſ.* 65.

Oratio Dominica præcedentis, & ſic in aliis Horis.

AD SEXTAM.

Hymnus.

Jam ſolis áureum jubar
Pleno coruſcat lúmine:

in Deo qui ſuſcitávit eum à mórtuis: allel. *I. Petr.* 4.

Feriâ V. Ant. 6. F. Conſepulti Chriſto in baptiſmo, reſurrexiſtis per fidem operatiónis Dei qui ſuſcitávit illum à mortuis: allelúia. *Coloſſ.* 2.

[*Feriâ VI. Veſperæ ſunt de Beata, niſi occurrat Feſtum ſemid. aut ſuprà*].

Dictâ Oratione conveniente, fit Commemoratio de Feſto ſimplici, ſi quod occurrit; tùm de S. Cruce per Ant. Chriſtus, propóſito ſibi gaúdio, ſuſtínuit crucem, confuſióne contemptâ; atque in déxtera ſedis Dei ſedet: allelúia. *Hebr.* 12.

℣. Apud Dóminum miſericórdia; ℟. Et copióſa apud eũ redémptio. *Pſ.* 129.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum ſubíre voluiſti, ut inimíci à nobis expélleres poteſtátem; concéde nobis fámulis tuis, ut Reſurrectiónis grátiam conſequámur; Per eumdem Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Feria.

Ant. 7. d. Erípuit nos Deus de poteſtáte tenebrárum, & tránſtulit in regnum Fílii dilectiónis ſuæ: allelúia. *Coloſſ.* 1.

Hymnus.

HÆc nox recurrat méntibus,
Quâ Chriſtus redit:
Nox ô beáta!
Jam lumen orb
AB ínferis vi
Abſorpta mors
Redempta fit
Aperta vitæ já
TU morte cuji
Tutor tui ſis mi
Tu robur adde
Greſsúſque noſt
PEJORE leth
Labendo nos o
Sis, Chriſte, vi
Duc éxules in
QUEM ſuſcit
mus,
Jeſu, tibi ſit
Cum Patre & a
In ſempiterna
Amen.

Capitulum. I.

OMnes vos eſtis, & fí ſumus noctis, n brárum; ígitu miámus ſicut & vigilémus & ſ

℟. *br.* In m Dómine, comm tùm meum: * A lelúia ℣. Red Dómine Deus Allelúia, allel ℟. In manus. *F*

℣. Cuſtódi n ne, ut pupillan Sub umbra alá prótege me. *P*

Ad Nunc dim Allelúia: qui

úia ; & nos
citábit ; alle-
. *II. Cor.* 4.
dicuntur ſe-

C E S.
iſon. Chriſte,
Kyrie, eléi-

tò uſque ad ℣.
icas in tentá-
ied líbera nos

Deum *ſecretò*
Carnis reſur-
. Vitam ætér-

tus es, Dómi-
trum noſtró-
laudábilis, &
ſuperexaltá-
. *Dan.* 3.
ictum nomen
nctum, ℟. Et
ſuperexaltá-
ibus ſéculis.

ctus es in fir-
li, ℟. Et lau-
lorióſus in ſé-

cat nos Deus,
℟. Benedícat
ſ. 66.
omadarius fa-
em.
r Deo omni-
beátæ Maríæ
ni, beáto Mi-
ngelo, beáto
iſtæ, ſanctis
tro & Paulo,
na.

ómnibus Sanctis, (& vobis, fratres,) quia peccávi nimis, cogitatióne, verbo & ópere, [*ad ſequentia verba ter percutitur pectus*] meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideò precor beátam Maríam ſemper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joannem Baptiſtam, ſanctos Apóſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, (& vos, fratres,) oráre pro me ad Dóminum Deum noſtrum.

Chorus reſpondet.

Miſereátur tuî omnípotens Deus; &, dimiſſis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Hebdomadarius dicit: Amen.

Deindè Chorus repetit Confeſſionem; & ubi dictum eſt vobis, fratres, *&* vos, fratres, *dicit:* tibi, Pater, *&* te, Pater.

Factâ Confeſſione à Choro, Hebdomadarius dicit:

Miſereátur veſtrî omnípotens Deus; &, dimiſſis peccátis veſtris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit* Confíteor, *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi, addendo particulam* (&) *ante has voces* ómnibus Sanctis, *&* omnes San-

ctos; *deindè* Miſereátur, *ſemel dicendo* noſtrî, noſtris, & nos].

INdulgéntiam, abſolutiónem & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus.

℟. Amen.

Poſteà dicitur ℣. Dignáre, Dómine, nocte iſtâ, ℟. Sine peccáto nos custodire.

℣. Miserére noſtrî, Dómine, ℟. Miſérere noſtrî. *Pſ.* 122.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

VIſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram, & omnes insídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu

℣. Benedicámu no. ℟. Deo gráti

Deindè ſubmiſ dicitur: Grátia noſtri Jeſu Chriſ ritas Dei, & con tio ſancti Spíriti ómnibus nobis. *L* ℟. Amen.

Poſteà dicitu Antiphona.

REgína cœli allelúia; Quia quem mer táre, allelúi Reſurrexit ſicut lúia. Ora pro nobis I lelúia.

℣. Gaude & Virgo María. ℟. rexit Dóminus v

Orémus

DEus, qui p rectiónem Dómini noſtri Je mundum lætific tus es; præſta, q ut per ejus Genit ginem Maríam capiámus gaúdia eumdem Chriſtu

℣. Divínum máneat ſemper ℟. Amen.

Deindè dicitu Pater. Ave. Cre

FERIA SEC

AD MATUT

Pſſ. Dómine *p.* 32. Exultáte ju

Gens, 33.
bus Apoſtolórum.
tio j. Cap. 4.
c replétus Spíritu
ᴄ̃to Petrus dixit ad
.ıcipes pópuli & Se-
audíte. Si nos hó-
dicámur in benefá-
inis infirmi, in quo
rus factus eſt, no-
ómnibus vobis &
ebi Iſrael, quia in
Dómini noſtri Je-
ſti Nazaréni quem
ıcifixiſtis, quem
ſcitávit à mórtuis,
ſte aſtat coram vo-
s. Hic eſt lapis qui
tus eſt à vobis ædi-
us, qui factus eſt
t ánguli: & non eſt
áliquo ſalus. Nec
liud nomen eſt ſub
tum homínibus, in
ɔórteat nos ſalvos

íncipes Jerúſalem,
5.

Lectio ij.

entes autem Petri
ɪnſtántiam & Joan-
mperto quòd hómi-
:nt ſine lítteris &
, admirabantur, &
cébant eos quóniam
ſu fúerant. Hómi-
oque videntes ſtan-
m eis, qui curátus
nihil póterant con-
re. Juſſérunt autem
:às extrà concílium
:e; & conferébant ad

ínvicem dicentes: Quid faciémus homínibus iſtis? quóniam quidem notum ſignum factum eſt per eos ómnibus habitántibus Jerúſalem: manifeſtum eſt, & non póſſumus negáre. Sed ne ámpliùs divulgétur in pópulum, comminémur eis, ne ultrà loquantur in nómine hoc ulli hóminum.

℟. Quæ ad Patres, *pag.* 375.

Lectio iij.

ET vocantes eos denuntiavérunt ne omnínò loquerentur, neque docérent in nómine Jeſu. Petrus verò & Joannes reſpondentes dixérunt ad eos: Si juſtum eſt in conſpectu Dei vos pótiùs audíre quàm Deum, judicáte; non enim póſſumus, quæ vídimus & audívimus non lóqui. At illi comminantes dimiſérunt eos, non invenientes quómodò punírent eos propter pópulum, quia omnes clarificábant id quod factum fúerat in eo quòd accíderat. Annórum enim erat ámpliùs quadraginta homo, in quo factum fúerat ſignum iſtud ſanitátis.

C A N O N.

Ex Concílio Aquiſgranenſi. *Ann.* 816. *lib.* 1. *cap.* 19.

QUi ſe ab ómnibus implicamentis negotiórum ſeculárium removen-

tes, non torpent ótio; ſed inſiſtunt perfectiónis ſuæ negótio, & ab ſtultítia ſapiéntiæ ſeculáris aversi, verbo Dei infatigabíliter vacant, ſapientes verácitér fiunt.

FERIA TERTIA.

AD MATUTINUM.

Pſſ. Nonne Deo, *p.* 49. Qui Regis Iſrael; Víneam, *pag.* 50.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. Cap. 4.

DImiſſi Petrus & Joannes venérunt ad ſuos, & annuntiavérunt eis quanta ad eos príncepş ſacerdótum & ſeniores dixiſſent. Qui cùm audiſſent, unanímiter levavérunt vocem ad Deum, & dixérunt: Dómine, tu es qui feciſti cœlum & terram, mare & ómnia quæ in eis ſunt: qui Spíritu ſancto per os patris noſtri David, púeri tui, dixiſti: Quare fremuérunt gentes, & pópuli meditáti ſunt inánia? Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum adversùs Dóminum, & adversùs Chriſtum ejus. Convenérunt enim verè in civitáte iſta adversùs ſanctum púerum tuum Jeſum, quem unxiſti, Heródes & Póntius Pilátus cum géntibus & pópulis Iſrael, fácere quæ manus tua & consílium tuum decrevérunt fieri. Et nunc, Dón[...] pice in minas eóru[...] ſervis tuis cum o[...] cia loqui verbum [...] eo quòd manum [...] tendas ad ſanitáte[...] & prodígia fieri p[...] ſancti Fílii tui Jeſ[...] oraſſent, motus e[...] quo erant congr[...] repléti ſunt omn[...] ſancto, & loqueb[...] bum Dei cum fid[...]

℟. Jeſum, *pag*[...]

Lectio ij. Cap. [...]

MUltitúdinis [...] credéntiun[...] unum & ánima [...] quiſquam eórum [...] ſidébat, áliquid [...] dicébat; Sed eran[...] nia commúnia. [...] magnâ reddébant[...] teſtimónium re[...] nis Jeſu Chriſt[...] noſtri: & grát[...] erat in ómnibus [...] que enim quiſqu[...] erat inter illos: [...] enim poſſeſsóres [...] aut domórum er[...] dentes afferéba[...] eorum quæ vend[...] ponébant ante pe[...] tolórum: divide[...] tem ſíngulis pro [...] opus erat. . . . [...] quidam nómine [...] cum Saphíra, [...] véndidit agrum [...] dávit de prétio [...] ſciâ uxóre ſuâ: [...]

ıamdam ad pe-
:olórum póſuit.
:m Petrus: Aná-
tentávit sátanas
, mentíri te Spi-
to, & fraudáre
ıgri? Nonne ma-
manébat & ve-
a in tua erat po-
)uare poſuiſti in
hanc rem? Non
s homínibus, ſed
iens autem Aná-
verba, cécidit &
Et factus eſt ti-
ıus ſuper omnes
:runt. Surgentes
'enes amovérunt
fferentes ſepelié-

:m Deus, *p.* 375.
) *iij. Cap.* 5.
ı eſt autem quaſi
um trium ſpá-
uxor ipsíus né-
d factum fúerat,
Dixit autem ei
ic mihi, múlier:
;rum vendidiſtis?
cit: Etiam, tanti.
em ad eam: Quid
nvénit vobis ten-
:um Dómini? Ec-
eórum qui ſepe-
irum tuum, ad
:éfferent te. Con-
cidit ante pedes
:xpirávit. Intran-
ı júvenes invené-
n mórtuam, &
t, & ſepeliérunt
ſuum. Et factus

eſt timor magnus in univerſa Ecclésia, & in omnes qui audiérunt hæc. Per manus autem Apoſtolórum fiébant ſigna & prodígia multa in plebe. Et erant unanímiter omnes in pórticu Salomónis: ceterórum autem nemo audébat ſe conjúngere illis; ſed magnificábat eos pópulus. Magis autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo virórum ac mulíerum, ita ut in platéas ejícerent infirmos, & in léctulis ac grabátis, ut, veniente Petro, ſaltem umbra illíus obumbráret quemquam illórum & liberaréntur ab infirmitátibus ſuis.

CANON.

Ex Concílio Aquiſgranenſi. *Ann.* 816. *lib.* 1. *Can.* 9.

SAcerdótis præ céteris ſpeciále offícium eſt, Scriptúras légere, percúrrere Cánones, exempla ſanctórum imitári; vigíliis, jejúniis, oratiónibus incúmbere: cum frátribus habére pacem, nec quemquam ex membris ſuis diſcérpere.

FERIA QUARTA.

AD MATUTINUM.

Pſſ. Noli æmulári, *p.* 66. Novit, *p.* 67. Os juſti, *p.* 67.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. Cap. 5.

EXúrgens Princeps ſacerdótum & omnes qui

cum illo erant, quæ eſt hæreſis Sadducæórum, repléti ſunt zelo, & injecérunt manus in Apóſtolos, & poſuérunt eos in cuſtódia públíca. Angelus autem Dómini per noctem apériens jánuas cárceris, & edúcens eos, dixit; Ite, & ſtantes loquímini in templo plebi ómnia verba vitæ hujus. Qui cùm audiſſent, intravérunt dilúculo in templum, & docébant. Advéniens autem Princeps Sacerdótum, & qui cum eo erant, convocavérunt concílium & omnes Senióres filiórum Iſrael, & miſérunt ad cárcerem ut adduceréntur. Cùm autem veniſſent miniſtri, & aperto cárcere, non inveniſſent illos, reverſi nuntiavérunt dicentes: Cárcerem quidem invénimus clauſum cum omni diligéntia, & cuſtódes ſtantes ante jánuas: aperientes autem néminem intùs invénimus. Ut autem audiérunt hos ſermónes Magiſtrátus templi, & Príncipes Sacerdótum ambigébant de illis quidnam fieret.

℟. Ecce vicit Leo, *p.* 375.

Lectio ij.

ADvéniens autem quidam nuntiávit eis; quia ecce viri quos poſuiſtis in cárcerem, ſunt in templo ſtantes & docentes

pópulum. Tunc a
giſtrátus cum mi
adduxit illos ſine
bant enim pópul
pidarentur. Et c
xiſſent illos, ſtat
concílio: & in
eos Princeps Sa
dicens: Præcipie
cépimus vobis ne
in nómine iſto;
pleſtis Jeruſalem
veſtrâ, & vultis
ſuper nos ſánguin
nis iſtíus. Reſpo
tem Petrus & A
xérunt: Obedír
Deo magis quàm
bus. Deus patrum
rum ſuſcitávit Je
vos interemiſtis
dentes in ligno. H
cipem & Salvató
exaltávit déxterâ
dandam pœnitén
éli, & remiſſióne
tórum: & nos ſu
horum verbórum
ritus ſanctus qu
Deus ómnibus
bus ſibi. Hæc c
ſent, diſſecabant
gitábant interfi

℟. Jeſum Pr
pag. 375.

Lectio iij

SUrgens auten
in concílio Pl
nómine Gamálie
ctor, honorábilis
ſæ plebi, juſſit fo

fieri. Dixitque
/iri Iſraelítæ,
obis ſuper ho-
is quid actúri
hos enim dies
idas, dicens ſe
n: cui conſen-
; virórum cír-
ringentórum,
eſt: & omnes
nt ei, diſſipáti
cti ad níhilum.
ctitit Judas Ga-
ébus profeſſió-
ertit pópulum
ipſe périit, &
quot conſensé-
ſperſi ſunt. Et
dico vobis diſ-
omínibus iſtis,
os: quóniam ſi
nínibus consí-
ut opus, diſſol-
rò ex Deo eſt,
s diſsólvere il-
rtè & Deo re-
eniámini. Con-
utem illi: &
s Apóſtolos,
ntiavérunt ne
uerentur in nó-
& dimisérunt
quidem ibant
a conſpectu
uóniam digni
pro nómine
méliam pati.
n die non ceſ-
emplo & cir-
docentes, &
ntes Chriſtum

CANON.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

Ann. 1576. part. 3. tit. Monit.

IN omni imprímis ſanctâ oratióne vos aſsíduè exercéte; tùm in meditatiónis tacitǽque piæ oratiónis ſtúdio, síngulis diébus, certo témporis ſpátio, toto caſtíſſimi ánimi ſenſu incúmbite.

FERIA QUINTA.

AD MATUTINUM.

Pſſ. Eructávit, *pag.* 82. Aſtitit, *pag.* 83. Deus noſter, *pag.* 83.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. Cap. 8.

SAulus devaſtábat Eccléſiam per domos intrans, & trahens viros ac mulíeres tradébat in cuſtódiam. Igitur qui diſperſi erant pertransíbant evangelizantes verbum Dei. Philippus autem deſcendens in civitátem Samaríæ, prædicábat illis Chriſtum. Intendébant autem turbæ his quæ à Philippo dicebántur, unanímiter audientes, & videntes ſigna quæ faciébat. Multi enim eórum qui habébant ſpíritus immundos, clamantes voce magnâ exíbant. Multi autem paralytici & claudi curáti ſunt. Factum eſt ergò gaúdium magnum in illa civitáte.

℟. Príncipes Jeruſalem, *pag.* 375.

Lectio ij.

VIr autem quidam nómine Simon qui antè fúerat in civitáte magus, ſedúcens gentem Samaríæ, dicens ſe eſſe áliquem magnum: cui auſcultábant omnes à mínimo uſque ad máximum, dicentes: Hic eſt virtus Dei quæ vocátur magna. Attendébant autem eum, propter quod multo témpore mágiis ſuis dementaſſet eos. Cùm verò credidiſſent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nómine Jeſu Chriſti baptizabantur viri ac mulíeres. Tunc Simon & ipſe crédidit; & cùm baptizátus eſſet, adhærébat Philippo. Videns étiàm ſigna & virtútes máximas fíeri, ſtupens admirabátur. Cùm autem audiſſent Apóſtoli, qui erant Jerosólymis, quòd recepiſſet Samaría verbum Dei, miſérunt ad eos Petrum & Joannem. Qui cùm veniſſent, oravérunt pro ipſis ut accíperent Spíritum ſanctum: nondum enim in quemquam illórum vénerat, ſed baptizáti tantùm erant in nómine Dómini Jeſu. Tunc imponébant manus ſuper illos, & accipiébant Spíritum ſanctum.

℟. Quæ ad patres, *p.* 375.

Lectio ii

CUm vidiſſet
mon quia pe
tiónem manûs
rum darétur Spí
ctus, óbtulit eis
dicens: Date & n
poteſtátem, ut cu
imposúero manus
Spíritum ſanctum
autem dixit ad e
cunia tua tecum
ditiónem, quónian
Dei exiſtimaſti pec
ſidéri. Non eſt ti
neque ſors in ſerm
cor enim tuum no
ctum coram Deo.
tiam ítàque age a
quítia tua, & rog
ſi fortè remittátur
cogitátio cordis tu
enim amaritúdinis
gatióne iniquitá
te eſſe. Reſponde
Simon dixit: P
vos pro me ad D
ut nihil véniat
horum quæ dixiſt
quidem teſtificáti
verbum Dómini
Jerosólymam, &
gónibus Samari
evangelizábant.

CANO

Ex Concílio Tri
Seſſ. 23. de Refor

CUret Epíſco
Clérici ſingul
Miſſæ ſacrifício i
ac ſaltem ſínguli

Ioc autem factum
: : & ſtatim recep-
as in cœlum.

A N O N.

,lio Mediolanenſi
quarto.
6. p. 3. t. 3. Monit.
iliórum Provin-
ium & Diœceſa-
Conſtitutiónes &
non percúrrite ſo-
l uſque ádeò ſtu-
ite, ut quæ legé-
ſt étiàm táciti vo-
aliquandò mente
,ac videátis ſimul,
n ſi quidquam eſt,
itra illórum præſ-
egéritis; verùm ſi
m áliud eſt, quod
m éxequi præſta-
iséritis aut negle-

V E S P E R A S.

Veſp. & in toto
ominicæ, omnia ut
nicis Temp. Paſ-
.372. exceptis quæ
: & ſic in ceteris
is T. P.
ılum. Jer. 31.
te verbum Dómi-
gentes; & annun-
inſulis quæ procul
lícite: Qui diſper-
,congregábit eum,
liet eum ſicut paſ-
em ſuum; redémit
minus Jacob, &
: eum de manu pó-
i.

Ad Magníf. *Ant.* 8. g.
Ego veni ut oves vitam há-
beant, & abundántiùs há-
beant; allelúia. *Joann.* 10.
Oratio, infrà ad Laudes.

DOMINICA II.
Poſt Páſcha.
Duplex.

AD MATUTINUM.

Tres Pſalmi è II. Nocturno Dominicæ ut in Pſalterio.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. Cap. 10.

DUm intrà ſe hæſitáret Petrus, quidnam eſſet víſio quam vidiſſet: ecce viri qui miſſi erant à Cornélio, inquiréntes domum Simónis aſtitérunt ad jánuam. Et cùm vocaſſent, interrogábant ſi Simon qui cognominátur Petrus, illîc habéret hoſpítium. Petro autem cogitánte de viſióne, dixit Spíritus ei: Ecce viri tres te quærunt. Surge ítaque, deſcénde, & vade cum eis nihil dúbitans; quia ego miſi illos. Deſcéndens autem Petrus ad viros dixit: Ecce ego ſum, quem quæritis: quæ cauſa eſt propter quam veniſtis? Qui dixérunt: Cornélius centúrio vir juſtus & timens Deum, & teſtimónium habens ab univérſa gente Judæórum, reſponſum accépit ab Angelo ſancto, accerſíre te in domum ſuam, & audíre verba a[illegible]

te. Introdúcens ergo eos recépit hoſpítio. Sequenti autem die ſurgens profectus eſt cum illis, & quidam ex frátribus ab Joppe comitáti ſunt eum.

℟. Cantábant, *pag.* 373.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Enarr. in Pſalm. 148. §. 1.

Lectio ij.

MEditátio præſentis vitæ noſtræ in laude Dei eſſe debet: quia exultátio ſempiterna futúræ noſtræ vitæ laus Dei erit: & nemo poteſt idóneus fíeri futúræ vitæ, qui non ſe ad illam modò exercúerit. Modò ergò laudámus Deum; ſed & rogámus Deum. Laus noſtra lætítiam habet, orátio gémitum. Promiſſum eſt enim nobis áliquid quod nondùm habémus: & quia verax eſt qui promíſit, in ſpe gaudémus, quia tamen nondùm habémus, in deſidério gémimus. Bonum eſt nobis perſeveráre in deſidério, donec véniat quod promiſſum eſt; & tránſeat gémitus, ſuccédat ſola laudátio. Propter hæc duo témpora, unum quod nunc eſt in tentatiónibus & tribulatiónibus hujus vitæ, álterum quod tunc erit in ſecuritáte & exultatióne perpétuâ; inſtitúta eſt nobis étiam celebrátio duó-

rum témporum, : cha & poſt Paſcl quod eſt antè Paſc ficat tribulatióne: modò ſumus. qu nunc ágimus poſt ſigníficat beatitú qua póſteà érimu:

℟. Per vicos, ;

Léctio ſancti E ſecundùm Joa:

Lectio iij. *Ca*

IN illo tempor Jeſus quibuſdai riſæis: Ego ſum P nus: bonus Paſtor ſuam dat pro óvi Et réliqua.

Homília ſancti G Papæ.

Homil. 14. *in Ev*

BOnus Paſtor ſuam ponit pı ſuis. Fecit Dómir mónuit: oſtendit ſit. Bonus Paſtor pı ſuis ánimam ſuar ut in ſacramentc corpus ſuum & sá vérteret, & oves démerat, carnis mentó ſatiáret. Oſ bis eſt de contem tis via quam ſe appóſita eſt form: primámur. Primu eſt, exterióra noſ ricórditer óvibus péndere: poſtrémı ſi neceſſe ſit, éri: tem noſtram pro óvibus miniſtráre

AUDES.
lum I. Petr. 2.
ſtus paſſus eſt pro
s, vobis relinquens
m, ut ſequámini
ejus: qui peccá-
fecit, nec inven-
olus in ore ejus.
ened. Ant. 8. g.
Paſtor bonus: bo-
or ánimam ſuam
óvibus ſuis: alle-
ann. 10.

Oratio.

, qui errántibus, ut
iam poſſint redíre
, veritátis tuæ lu-
endis; da cunctis
ſtiánâ profeſſióne
ır, & illa reſpúere
c inimíca ſunt nó-
ea quæ ſunt apta,
Per Dóminum.

ANON.

ıcilio Arvernenſi.
. apud Laur. Bo-
Decret. Eccleſ.
allic. lib. 6.
opus, Présbyter-
ie Diáconus, tam
onſciéntiâ reſplén-
ıt effúgiant probi-
um, maledicórum
a, & teſtimónium
inum implére con-
, quo Dóminus ait;
at lumen veſtrum
ominibus, ut vi-
veſtra bona ópera
nt Patrem veſtrum
cœlis eſt.

AD VESPERAS.

Capitulum. I. Petr. 2.

CHriſtus peccáta noſtra ipſe pértulit in córpore ſuo ſuper lignum, ut peccátis mórtui juſtítiæ vivámus: cujus livóre ſanáti eſtis. Erátis enim ſicut oves errantes, ſed converſi eſtis nunc ad Paſtórem & Epíſcopum animárum veſtrárum.

Ad Magníf. Ant. 8. g. Alias oves hábeo quæ non ſunt ex hoc ovíli: & illas oportet me addúcere, & vocem meam aúdient, & fiet unum ovíle & unus Paſtor: allelúia. Joann. 10.

FERIA SECUNDA.

AD MATUTINUM.

Pſſ. Dómine, exaudi: Tu exurgens & Inítio, pag. 34, 35.

De Actibus Apoſtólórum.

Lectio j. Cap. 10.

ALterâ die Petrus introívit Cæſaréam. Cornélius verò expectábat illos, convocátis cognâtis ſuis & neceſsáriis amícis. Et factum eſt; cùm introíſſet Petrus, óbvius venit ei Cornélius, & prócidens ad pedes ejus adorávit: Petrus verò elevávit eum dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum. Et loquens cum illo intrávit, & invénit multos qui convénerant, dixítque ad illos: Vos ſcitis quómodò abominátum

ſit viro Judæo conjungi, aut accédere ad alieníge- nam: ſed mihi oſtendit Deus, néminem commú- nem aut immundum dícere hóminem. Propter quod ſi- ne dubitatióne veni accer- ſítus: intérrogo ergo quam ob cauſam accerſiſtis me? Et Cornélius ait: A núdius- quartâ die uſque ad hanc horam, orans eram horâ nonâ in domo mea; & ecce vir ſtetit ante me in veſte cándida, & ait: Cornéli, exaudíta eſt orátio tua, & eleemóſynæ tuæ comme- morátæ ſunt in conſpectu Dei. Mitte ergo in Joppen, & accerſi Simónem qui co- gnominátur Petrus, hic hoſpitátur in domo Simó- nis coriárii juxtà mare. Confeſtìm ergò miſi ad te: & tu benè feciſti veniendo. Nunc ergò omnes nos in conſpectu tuo ádſumus au- díre ómnia quæcúmque tibi præcepta ſunt à Dó- mino.

℟. Príncipes Jerúſalem, *pag.* 375.

Lectio ij.

APériens autem Petrus os ſuum dixit: In ve- ritáte cómperi quia non eſt perſonárum acceptor Deus: ſed in omni gente qui timet eum & operátur juſtítiam, acceptus eſt illi. Verbum miſit Deus fíliis Iſrael, annúntians pacem per Jeſum Chriſtu eſt ómnium Dómi Adhuc loquente Pe ba hæc, cécidit ſanctus ſuper om audiébant verbum ſtupuérunt ex circ ne fidéles qui véner Petro; quia & in n grátia Spíritûs ſanc eſt. Audiébant en loquentes linguis, ficantes Deum. T pondit Petrus: N aquam quis prohib teſt, ut non bap hi qui Spíritum accepérunt ſicut & juſſit eos baptizár mine Dómini Jeſu Tunc rogavérunt manéret apud eos diébus.

℟. Quæ ad Patres

Lectio iij. Cap

AUdiérunt aut ſtoli & fratr rant in Judæa, & gentes recepér bum Dei. Cùm a cendiſſet Petrus J mam, diſceptábar sùs illum qui erar cumciſióne dicent re introiſti ad viro tium habentes? & caſti cum illis? I autem Petrus ex illis órdinem... His tacuérunt, & glo runt Deum dicent & géntibus poen

ad vitam. Et
qui diſperſi
bulatióne quæ
ſub Stéphano,
érunt uſque
& Cyprum, &
némini lo-
ɔum, niſi ſolis
nt autem qui-
viri Cyprii &
ii cùm introiſ-
bíam, loque-
l Græcos, an-
Dóminum Je-
manus Dómi-
multúſque nú-
ntium conver-
óminum. Per-
ſermo ad aures
æ erat Jeroſó-
iſtis, & miſé-
iam uſque ad
. Qui cùm per-
idiſſet grátiam
s eſt, & horta-
s in propóſito
anére in Dómi-
t vir bonus, &
tu ſáncto & fi-
ſita eſt multa
no.

N O N.

MAría Ægyptia, duodecennis, témpore Juſtíni Imperatóris, relíctis paréntibus, Alexandríam venit : fuítque per annos ſeptémdecim in ea civitáte peccátrix. Cùm autem Jerosólymam profecta, Calváriæ Templum in Feſto Exaltatiónis ſanctæ Crucis íngredi tentaſſet, ter divínitùs repulſa, in átrio coram imágine Deíparæ Vírginis vovit pœniténtiam, ſi licéret ſibi vivíficum Crucis lignum vidére & adoráre : móxque templum ingreſſa, vidit & adorávit. Indè ſumpto trium panum viático, perceptâque Euchariſtiâ in Oratório ſancti Joannis ad ripam Jordánis, ultra flumen in vaſtíſſimam ſolitúdinem ſeceſſit. Ibi, conſumpto viático, detritíſque véſtibus, ignóta permanſit annis quadraginta ſeptem, donec ad torrentem quemdam occurrit ei Zóſimas Présbyter, à quo obtínuit, ut véſperè in Cœna Dómini, in adverſam Jordánis ripam afferret ſibi corpus & ſánguinem Dómini, quorum participatióne tot annos carúerat.

℟. Ne oblivíſcáris mei. * Delévi ut nubem iniqui-

tátes tuas, & quaſi nébulam peccáta tua: † Redémi te: allelúia, allel. ℣. Ego veni ut ſalvíficem mundum. * Delévi. Glória. † Redémi. *Iſ.* 44. *Joann.* 12.

Lectio iij.

Condícto die acceſſit ad eumdem locum Zóſimas; quò & María ſuper aquas, ſigno crucis impreſſo, ámbulans pervénit: recitatóque Symbolo & Oratióne Domínicâ, ut moris erat, divína dona ſuſcépit. Rursùm precáta eſt Zóſimam, ut anno recurrente ad eumdem torrentem veníret. Qui cùm eò acceſſiſſet, conſpexit corpus ejus jacens in terra, in qua hæc ſcripta legit: Sépeli, Abba Zóſima, míſeræ Maríæ corpúſculum: redde terræ quod ſuum eſt, & púlveri ádjice púlverem, orans Deum pro me, quæ mórior nocte ſalutíferæ Paſſiónis, poſt divínæ & ſacræ cœnæ communiónem. Córpori ejus leo advéniens, effosſâ úngulis terrâ, parávit ſepulcrum; & Zóſimas, pio ejus voto obtémperans, corpus beátum terræ mandávit. Ex Zóſimæ relatióne ſcripta eſt ſanctæ Pœniténtis vita, undè ejus venerátio per Oriéntem & Occidentem propagáta eſt.

AD LAUDES.

Ant. 1. a. Venit.

Canticum. Iſaï.

Noli timére, qu confundéris, * erubeſces.

Non enim te pud quia confuſiónis adc tiæ tuæ oblivíſcéris

Quia dominábitı qui fecit te: * D exercítuum nomen

Et redemptor tuı ctus Iſrael: * Deus terræ vocábitur.

Ad punctum in ı derelíqui te; * & i ratiónibus magnis gábo te.

In momento i tiónis * abſcondi meam parumper à

Et in miſericórd piterna miſertus ſu dixit redemptor tı minus.

Ant. Venit Fíliu nis quærere & ſal cere quod períera lúia. *Luc.* 19.

Capitulum. Sap

Miſeréris ón quia ómnia & diſsímulas pecc minum propter p tiam. Díligis enim quæ ſunt, & nih eórum quæ feciſt

Hymnus.

Ultrix ipſa ſu
in artus,
Per quos & pótuit
placére:

ácies íncubat
mélior grátia
ſcélerum ſæ-
ſant
malæ gaúdia
ánimo débita
a, graves cóm-
eſtus.
digna polo
:erras :
ymis Núminis
ı ſacro córpo-
ſti,
ıpias pábula
iáxima laus,
ı Nato :
ia tibi, Spíri-
e,
acrílegum pel-
rem,
ıuas córdibus
Amen.
córdia tua ma-
:r me ; ℟. Et
ıam meam ex
:rióri. *Pſ.* 85.
d. *Ant.* 2. D.
ıs dedit Deus
æ. Quàm ma-
órdia Dómini !
tio illíus con-
ad ſe ! alle-
17.
ratio.
, miséricors
ıt beáta María
ıæ te ſuper óm-

nia diligendo ſuórum accépit véniam delictórum, nobis pœniténtiæ ſalutáris donum obtíneat ; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Vadit ad ovem quæ períerat donec invéniat eam, allelúia. *Luc.* 15.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Cùm invénerit eam, impónit in húmeros ſuos gaudens: allel. *Luc.* 15.

Capitulum. Iſaï. 54.

DOminábitur tuî qui fecit te : Dóminus exercítuum nomen ejus, & redemptor tuus Sanctus Iſrael : Deus omnis terræ vocábitur ; quia ut mulíerem derelíctam & mœréntem ſpíritu vocávit te Dóminus.

℟. *br.* Dicam Deo : Suſceptor meus es : * All. all. Dicam. ℣. Quare oblítus es meî ? * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dicam Deo.

℣. Quare triſtis es, ánima mea ? ℟. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi. *Pſ.* 41.

AD SEXTAM.

Ant. 4. E. Dico vobis : Gaudet ſuper eam magìs quàm ſuper nonaginta novem quæ non erravérunt : allelúia. *Matth.* 18.

Capitulum. Iſ. 54.

IN momento indignatiónis abſcondi fáciem meam parumper à te : & in misericórdia ſempitérna miſertus ſum tuî.

℟. *br.* Dómine, ante te omne deſidérium meum; *Allel. allel. Dómine. ℣. Et gémitus meus à te non eſt abſcónditus. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. Dómine. *Pſ.* 37.

℣. Deus, vitam meam annuntiávi tibi: ℟. Poſuiſti lácrymas meas in conſpectu tuo. *Pſ.* 55.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Ità dico vobis: Gaúdium erit in cœlo coram Angelis ſuper uno peccatóre pœniténtiam agente. allelúia. *Luc.* 15.

Capitulum. Tob. 13.

Convertímini, peccatóres, & fácite juſtítiam coram Deo, credentes quòd fáciat vobiſcum miſericórdiam ſuam: ego autem & ánima mea in eo lætábimur.

℟. *br.* Anima mea exultábit in Dómino; *All. all. Anima. ℣. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. * Allelúia, allel. Glória. ℟. Anima mea. *Pſ.* 34.

℣. Benédic, ánima mea, Dómino; ℟. Et noli oblivíſci omnes retributiónes ejus. *Pſ.* 102.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. a. Vadit ad ovem, *ut ſuprà, ad Primam.*

A Capitulo de S. Ultano ut in Comm. SS. Abb. pag. xxx. *Oratio*, Interceſſio, *pag.* xxxiij.

Pro Comm. S. Mariæ Ægyptiæ. Ant. Ubi [a]bundávit delictum, ſup[erabun]dávit grátia: ut ſi[cut re]gnávit peccátum i[n mor]tem, ità & grátia [regnet] per juſtítiam in [vitam] ætemam: allelúia. [...]

℣. Glorificábo [nomen] tuum in ætemum, ℟ [quia] miſericórdia tua [magna] eſt ſuper me. *Pſ.* 85.

Orat. Largire, *ut* [...]

Deinde Comm. [...] *tropii, Epiſc. & M*[...] *in Comm. unius M*[...] *Orat.* Fac nos, *pag.* [...]

DIE XX[X]

SANCTI ULT[ANI]

Abbatis,

Et Abbatiæ S. Q[uintini] propè Perona[m] fundatoris.

Semiduplex.

Lectio j. de Script. de tribus una.

Lectio ij.

Ex Hiſtória Eccle[siaſtica] Venerábilis Be[dæ]

Ultánus fratres Furſéum & [...] num viros ſanctíſſi[mos ...] Furséo edoctus tra[...] ómnia contémnere, ætema quærere, vit[am mo]náſticam amplexus [...] de diuturna monaſt[...] batióne ad vitam e[...] cam pervénerat, Furséus ſócius acce[...] númque totum ſim[...] ratiónibus & quot[...] mánuum labóribus egérunt. Tranſeunte

»,Ultánus in eré-
ıs nihil de con-
:rcítiis remíſit.
i mortem, ma-
, & Nivigellæ
ia apud ſanctam
ı súbſtitit, ſa-
úras moniálibus
tis interpretatú-
pagis circumja-
:ctæ fidei ac mo-
ıs ruſticános hó-
ctúrus. In fundo
quod à beáta
ıccéperat, noſo-
:imò,deindè cœ-
ındidit, cui pri-
ıs præfuit. Erat
reguláris conſer-
›romovendæ ſtu-
s, eáque de cauſa
ud Perónam mo-
dminiſtratiónem
n quo vitam ſan-
beáto fine clau-
úſque ibídem eſt
éum fratrem.

De S. Eutropio.

Lectio iij.

Eutrópius Epiſcopus in Gállias ad prædicandam fidem miſſus, poſt adimplétum ritè munus apud Sántonas, illíſo ab incrédulis cápite Martyr occúbuit, & ob inſtantem perſecutiónem loco minus digno ſepultus eſt. Palládius Santonenſis Epíſcopus, qui Concílio Pariſienſi quarto intérfuit, in ejus honórem circa annum Dómini ſexcentéſimum Basílicam extruxit, ad quam, convocátis Abbátibus, ſacras Eutrópii relíquias honorificéntiùs collocandas tránſtulit.

Ad Laud. pro Comm. S. Eutropii. Ant. Bonum. ℣. Cantábo, *p.* v. *Orat.* Fac nos, *pag.* vj.

Vesperæ de ſequenti.

FESTA MAII.

ı e I.
:n Feſto
HILIPPI
Jacobi,
›ſtolorum.

najus, ſeu III. Claſſis.

ıerit Dominica, de Feriis Rogationum, fiet de Feſto, cum Commemor. Dominicæ ad Laudes & utraſque Veſperas, Feriæ verò occurr. ad Laudes tantùm: & ad Nocturnum j. Lectio de Script. occurr. ij. de SS. Philippo & Jacobo (duabus in unam junctis): iij. de Homilia Dominicæ, ſeu Feriæ occurrentis.

AD I. VESPERAS.

Antiphona, 1. toni, G.

QUi ſunt iſti qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? allelúia. *Iſ.* 60.

Ant. 2. D. Iſti ſunt, quos miſit Dóminus, ut perámbulent terram: allelúia. *Zach.* 1.

Ant. 6. F. Vocabuntur Fortes juſtítiæ, Plantátio Dómini ad glorificandum: allelúia. *Iſaï.* 61.

Ant. 7. d. Aſcendent ſalvatóres in montem Sion; & erit Dómino regnum: allelúia. *Abd.* 21.

Ant. 8. g. Ædificábunt deſerta à ſéculo, & ruínas antíquas érigent, & inſtaurábunt civitátes diſſipátas: allelúia. *Iſaï.* 61.

Capitulum. Iſaï. 66.

HÆc dicit Dóminus; Annuntiábunt glóriam meam géntibus, & addúcent omnes fratres veſtros de cunctis géntibus, donum Dómino.

Hymnus.

CUi ſe, relictis ómnibus,
Addíxerant Apóſtoli,
Triſtes recenti fúnere,
Jeſum dolébant mórtuum;
At vos dolórem pónite:
Se ſuſcitávit mórtuum.
Indigna mortis víncula
Rumpendo, ſe probat Deum.
Pervadit occlúſas fores:
Veſtro vidére ſe choro,
Artus ſacros dat t...
Nec temnit oblátas...
Servata monſtr...
nera,
Noſtræ ſalútis óbſi...
O quanta nubes té...
Fidem ſopítam súſc...
Apostolorum s...
Qui te revelaſti, D...
Et te, vacillet ne ...
Noſtris revéla ment...
Da, Chriſte, nos ...
mori;
Tecum ſimul da sím...
Terréna da contém...
Amáre da cœléſtia.

¶ Uni ſit & trino ...
pag. 523. [*Poſt* *A*...
nem, *Doxologia*:

Qui victor in ...
redis,
Jeſu, tibi ſit glóri...
Cum Patre & almo ...
In ſempiterna sécul...
Amen.

Et ſic in aliis H...

℣. Annuntiábitu... no generátio ventú... Et annuntiábunt c... ſtítiam ejus pópu... naſcétur. *Pſ.* 21.

Ad Magníf. *An*... Vóluit Jeſus exire... læam, & invénit ... pum, & dicit ei: ... me: allelúia. *Joan*...

Oratio, infrà ad L...

Commem. S. ... *Abbatis.*

AD MATUTI...

Invitat. Chriſt... poſt paſſiónem ſu...

›uit ſeipſum vi-
Veníte, adoré-
lúia. *Aĉt.* 1.
ymnus.
paternis débi-
,
ıæ pandit ſuo,
:r hoſpes éxteras
it terras Deus.
.tardis méntibus
myſtéria:
›ræſágas ſuî
ıs imágines.
olandus à patre
ıs lignum puer:
ille, ſánguine
ſervat límina.
s ô quæ pígnora!
s credit ſuas:
, dat ſólvere,
t & ligat Deus.
.riſte, nos tecum
;
ıul da ſúrgere:
a contémnere;
cœléſtia.
ſit, &c. *p.* 523.
ıĉtor, &c. *p.* 534.
)CTURNUM.
G. Jeſum Deus
tértiâ die, & de-
ıaniféſtum fieri
præordinátis à
lúia. *Aĉt.* 10.
g. Apóſtolis præ-
ſeipſum vivum,
ıadraginta appá-
t loquens de re-
allelúia. *Aĉt.* 1.
E. Apéruit illis
ut intellígerent
: & dixit: Opor-
iſtum pati, & re-

ſúrgere: vos autem teſtes eſtis horum: allel. *Luc.* 24.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanĉtitátis tuæ loquentur, ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Pſ.* 144.

Leĉtio j. de Scriptura occurrente: ex tribus fit una.

℟. *j.* Invenit Philippus Nathánael, & dicit ei: * Quem ſcripſit Móyſes in lege, & Prophétæ, invénimus Jeſum: allelúia, allelúia. ℣. Sapiéntiam ſine invídia commúnico: infinítus enim theſaurus eſt homínibus. * Quem ſcripſit. *Joann.* 1. *Sap.* 7.

Leĉtio ij.

PHilippus Bethſáidæ natus, unus fuit ex iis qui primùm à Chriſto vocáti ſunt: à quo cùm accepiſſet Nathánael veniſſe Meſſíam in lege & in Prophétis promiſſum, ab eo ad Dóminum deduĉtus eſt. Ipſum póſteà in númerum duódecim Apoſtolórum cooptátum quàm familiáriter Chriſtus adhibéret, id fácilè declárat, quòd cùm in ſolitúdine hóminum multitúdinem páſcere vellet, ſic illum præ céteris eſt affátus: Undè emémus panes, ut mandúcent hi? Gentiles quoque Salvatórem vidére cupientes, ad Philippum acceſſérunt. Is, accepto Spíritu ſanĉto, in utráque Phrygia prædicávit, & Eccléſias conſti-

tuit; ex quibus prodiérunt viri Apoſtólici complúres, quorum præcípuè óperâ ſéculo ſequenti res chriſtiána Lugdúni & Viennæ in Gálliis conſtitúta eſt. Tandem glorióſo fine quiévit Philippus, & Hierápoli ſepultus eſt. Caput ejus Joannes dux Bitúrigum, auro gemmíſque decorátum donávit Eccléſiæ Pariſienſi, ubi magnâ religióne cólitur.

℟. ij. Chriſtus mórtuus eſt & reſurrexit, & * Viſus eſt Cephæ, deindè viſus eſt Jacóbo, deindè Apóſtolis ómnibus. † Allelúia, allelúia. ℣. Appáret eis qui fidem habent in illum. * Viſus eſt. Glória. † Allelúia. *I. Cor.* 15. *Sap.* 1.

Lectio iij. Cap. 23.

JAcóbus, frater Dómini, cognomento Juſtus, de útero matris ſanctus fuit, ut ait ſanctus Hegeſippus: vinum & síceram non bibit; carne abſtínuit: nunquàm tonſus eſt, nec unguento nec bálneo uſus. Huic ſoli in Sancta licébat íngredi: líneâ veſte, non láneâ, induebátur: ei aſſidúitas orandi ita callum génibus obdúxerat, ut caméli pellem durítie imitarentur. Eum, poſt Chriſti Aſcenſiónem, Apóſtoli Hieroſolymárum Epiſcopum creavérunt; ad quem étiam Petrus miſit qui nuntiáret ſe è cárcere ab An-

gelo eductum. I
ta ſex annos na
triginta annis
ſiæ ſanctiſſimè
Chriſtum Dei
ſtantíſſimè præd
dæis lapídibus
pétitur; mox in
templi locum a
dè præcipitátus
confractis crúri
ſemivívus, ma
bat ad cœlum,
pro illórum ſalu
tur, his verbis: I
Dómine, quia
quid fáciunt. Q
tióne, fullónis
gráviter percuſſ
Deo réddidit ſé
rónis anno; &
plum ubi præcip
rat, ſepultus eſt.
ſéphus tantæ eu
tis fuiſſe & cel
pópulo, ut pro
cem créditum ſi
eſſe Jerosólym
ſcripſit Epíſtola
ma inter ſepte
cas annumerát

A D L A

Antiphona, 6

JEſus locútus
cim diſcípul
Data eſt mihi
ſtas in cœlo
euntes ergo do
gentes: allelúi

Ant. 5. a. P
vangélium om
baptizantes eo

ıia quæcumque
ıbis : allelúia.
Matth. 28.
Quorum remi-
ıta, remittun-
ıorum retinué-
ſunt: allelúia.

. Accipiétis.
n. Iſ. 61.
:ur in (Sion)
ſtítiæ, * plan-
ni ad glorifi-

ibunt deſerta
& ruínas an-
ıt;
.bunt civitátes
ſſipátas in ge-
& generatió-

ı, Sacerdótes
cabímini, *
noſtri, dicé-

em géntium
* & in glória
biétis.
.piétis virtú-
nientis Spíri-
vos, & éritis
ıſque ad últi-
allel. Act. 1.
Ecce ego vo-
ómnibus dié-
d conſumma-
li : allelúia.

ı. Act. 2.
odígia & ſi-
Apóſtolos in
bant, & me-
ıus in univer-
ſis: omnes étiam qui cre-
débant, erant páriter, & habébant ómnia commúnia.

Hymnus.

NATUS Parenti réddi-
tus
Non vos amícos déſeret:
Sub imbre lapſum flám-
meo
Infundet in vos Spíritum.

HAUSTO repléti Númi-
ne,
Terras in omnes líberi,
Chriſtum tubis cœléſtibus,
Chriſtum Deum vulgá-
bitis.

NON jam tenébit ám-
plius
Formído mortis ábditos:
Aperta non addent moras
Eúntibus perícula.

VOS ante reges fórtiter
Spernétis armátas neces:
Hæc nempè, pro Chriſto
mori,
Supréma vobis glória.

ORATE, firma ſit Fides,
Et certa ſe Spes érigat:
Illapſa noſtris córdibus
Pellat timórem Cáritas.

¶ DA, Chriſte, nos te-
cum mori;
Tecum ſimul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, &c.

[*Poſt Aſcenſionem, Doxologia :*
QUI victor, &c. *Et ſic ad alias Horas.*]

℣. Póſuit Deus in eis verba ſignórum ſuórum, ℟.

Et prodigiórum in terra. *Pſ.* 104.

Ad Bened. *Ant.* 7. G. Nos teſtes ſumus ómnium quæ fecit Jeſus in regióne Judæórum & Jerúſalem : allelúia. *Act.* 10.

Oratio.

DEus, qui nos ánnuâ Apoſtolórum tuórum Philippi & Jacóbi ſolemnitáte lætíficas; præſta, quæſumus, ut quorum gaudémus méritis, inſtruámur exemplis; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Jeſus.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Prædicáte.

Capitulum. Rom. I.

PEr Jeſum Chriſtum accépimus grátiam & Apoſtolátum, ad obediendum fídei in ómnibus géntibus pro nómine ejus.

℟. *br.* In omnem terram exívit ſonus eórum : *All. all. In omnem. ℣. Et in fines orbis terræ verba eórum. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. In omnem.

℣. Non ſunt loquélæ neque ſermónes, ℟. Quorum non audiantur voces eórum. *Pſ.* 18.

AD SEXTAM.

Ant. 8. g. Quorum remiséritis.

Capitulum. II. C

POſuit in nobi verbum reconc nis: pro Chriſto erg tióne fúngimur, ta Deo exhortante pe obſecrámus pro Cl reconciliámini Deo

℟. *br.* Veníte, & ópera Dómini, * A Veníte. ℣. Quæ prodígia ſuper ter Allelúia, allelúia. (℟. Veníte. *Pſ.* 45.

℣. Subjécit pópul bis, ℟. Et gentes ſu bus noſtris. *Pſ.* 46.

AD NONA

Ant. 3. a. Ecce

Capitulum. Ephe

JAm non eſtis hóſ ádvenæ; ſed eſti ſanctórum & do Dei, ſuperædificát fundamentum Ap rum & Prophetáru ſummo angulári Chriſto Jeſu.

℟. *br.* In converte minus captivitáte facti ſumus ſicut co *All. all. In conv ℣. Magnificávit I fácere cum eis. * allel. Glória Patri vertendo.

℣. Magnificávi nus fácere nobiſ Facti ſumus lætar 125.

Vesperæ de ſ

DIE II. MAII.

IN FESTO

VATIONIS SS. QUINTINI,

'ICTORICI ET CASSIANI,

US ECCLESIÆ PATRONORUM.

ıx I. CLASSIS, ſeu ANNUALE MAJUS.

VESPERAS.
lmi de Feria.
hona 7. toni, A.
te, cœli; & exulta,
: jubiláte, montes,
ȷuia conſolátus eſt
s pópulum ſuum:
Iſ. 49.

'. a. Conſurge, fi-
; indúere veſti-
;lóriæ tuæ, Jerú-
/itas Sancti: alle-
52.

:. a. Vocábunt te
ı Dómini, & ſcies
Dóminus ſalvans
demptor tuus For-
úia. *Iſ.* 60.

. J. Ecce in máni-
deſcripſi te; mu-
ram óculis meis;
ſtructóres tui:
Iſ. 49.

:. F. Erunt Reges
ui, & Regínæ nu-
e; & ſcies quia
ego Dóminus, ſuper quo
non confundentur qui ex-
pectant eum: allel. *Iſ.* 49.

Capitulum. II. Mach. 1.

CONſíderans Rex, &
rem diligenter exámi-
nans, fecit Templum, &
Sacerdótibus donávit mul-
ta bona, ália atque ália.

℟. Obſecro ígitur pri-
mùm ómnium, fieri ora-
tiónes, poſtulatiónes, gra-
tiárum actiónes pro Ré-
gibus & ómnibus qui in
ſublimitáte ſunt. * Hoc
enim bonum eſt & accep-
tum coram Salvatóre no-
ſtro Deo. Allelúia, allel.
℣. Præcépit Rex ut ædifi-
cétur Domus Dei; ut de
arcâ Regis ſumptus dentur
viris illis, & ófferant obla-
tiónes Deo cœli, orént-
que pro vitâ Regis & filió-
rum ejùs. * Hoc enim.
Glória. ℟. Obſecro. *I.*
Tim. 2. *I. Eſdr.* 6.

Hymnus.

SAt, Quintíne, ſat eſt
jam látebris datum;
Jam Regum ſólio Rellí-
gio ſedet:
Sanctos quæ pótuit vínce-
re, béſtiam
Sanctis víncere nunc
licet.

Dulces exúvias, sán-
ctaque pígnora
Hùc tranſláta, (loci no-
bílitas velit!)
Victrix Rellígio tot fídei
ſuæ
Teſtes monſtrat & ób-
ſides.

Quintinus véhitur; ſe
duo Mártyri
Adjungunt cómites; tres
ſimul ádvolant,
Aras tres répetunt, rursùs
ut ímmolent
Si quid reſtat adhuc
ſuî.

Membris non périit
vívida cáritas:
Pœnis quas sítiunt defi-
ciéntibus,
Aris ſtare ſuper dúlcibus
ámbiunt,
Se ſe ſemper ut óffe-
rant.

Hic ſtas perpétuus Mar-
tyr, & ímmolas
Truncum corpus adhuc:
non ſatis eſt tibi
Unâ morte mori; jugis
ut hóſtia
Chriſto júngeris hó-
ſtiæ.

Fumans ſangui
súpplicat, &
Pluſquàm thure lit
ſimul áſſident
Mactátis páritèr
bus litant:
Hi tres vim
Deo.

Patri máxim
máxima Fílio
Ambórum tibi
quoque, Spír
Qui das Martyrib
neces pati
Et per fúnera
Amen.

℣. Plantáti i
Dómini, ℟. In
mûs Dei noſtri f
Pſ. 91.

Ad Magníf. *A*
Addúcam eos in
ſanctum meum,
ficábo eos in dom
nis meæ; holoc
rum & víctimæ e
cébunt mihi ſu
meo: allelúia. *Iſ.*
Oratio, infrà a

AD COMPLET

Pſalmi de F

An. 3. a. Vocá
pópulus ſanctus
pti à Dómino; q
vitas, & non der
lelúia. *Iſ.* 62.

Ad Nunc dim.
Occupábit ſalu
tuos, & portas
dátio, & erit t
nus in lucem ſem
allelúia. *Iſ.* 60.

ATUTINUM.

. Allelúia: Deum
ficátur in concí-
ɔrum, * Veníte,
: allelúia. *Pſ.* 88.

Iymnus.

ı quàm súperent
ɔérium data
n méritis præ-
, cérnimus:
víre priùs Régi-
óbtigit,
ınc Régibus ím-
ıt.

s innúmeras ſub-
it jugo
dextra potens:
:nidas fugant,
dura necis vín-
Mártyres,
ıentes súbigunt

: ſceptra rapit,
pede mors levi
ɔrpóribus cónſi-
ırbitra;
on ità mors exú-
feris
s pédibus terit.

TES rútilant, ál-
: príncipes
ɔéragrant fronte
ia:
sólio terra bre-
apit,
ıarmor ſatis óc-

carcéribus ſæ-
ábditi,
ınt, húmiles vix
ınt caſas;

Soli vel médiis úrbibus,
árvaque
Intrà dítia páuperes.
At mens, cùm láceris
ártubus évolat,
Dextrâ, celſa petens, ex-
cípitur Dei;
Et ſpretis títuli, mármo-
ra, váſtaque
Surgunt óſſibus átria.
Regum deſéritur mór-
tua dígnitas,
Servi diffúgiunt, nomen
& ínterit;
Pompam cum pópulo ſed
pópuli duces
Sanctis perpétuam
ſtruunt.
Patri máxima laus,
máxima Fílio,
Ambórum tibi par laus
quoque, Spíritus,
Qui das Martyribus mille
neces pati,
Et per fúnera víncere.
Amen.

Pſalmi de Dominica in toto Officio.

IN NOCTURNO.

Pſalm. Beátus vir qui non ábiit... Quare fremuérunt gentes... Dómine, quid multiplicáti ſunt... *ipsâ die Dom. aut Feriâ 2ª aut 5ª.*

Díligam te, Dómine... Miſit de ſummo... Deus meus... *Feriâ 3ª aut 6ª.*

Ad te, Dómine, clamábo... Exaltábo te... Jubiláte... *Feriâ 4ª aut Sabbato.*

Ant. 3. E. Spes ímpii

tanquam lanúgo eſt, quæ à vento tóllitur; & tanquam ſpuma grácilis, quæ à procellâ diſpérgitur: allelúia. *Sap.* 5.

Ant. 7. A. Juſtórum autem ánimæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis: allelúia. *Sap.* 3.

Ant. 5. a. Accípient regnum decóris & diadéma ſpeciéi de manu Dei; déxterâ ſuâ teget eos, & bráchio ſancto ſuo defendet illos: allelúia. *Sap.* 5.

℣. Glóriam regni tui dicent, ℟. Et poténtiam tuam, Dómine, loquentur. *Pſ.* 144.

De Libro Apocalypſis beáti Joannis Apóſtoli.

Lectio j. Cap. 20.

VIdi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & caténam magnam in manu ſuâ; & apprehendit dracónem qui eſt diábolus & sátanas, & alligávit eum, & miſit eum in abyſſum, & clauſit & ſignávit ſuper illum; ut non ſedúcat ámpliùs gentes, donec conſummarentur mille anni. Et poſt hæc oportet illum ſolvi módico témpore. Et vidi ſedes, & ſedérunt ſuper eas; & judícium datum eſt illis; & ánimas decollatórum propter teſtimónium Jeſu, & propter Verbum Dei: & qui non ad ravérunt béſtiam, neq imáginem ejus, nec acc pérunt charactérem ejus fróntibus, aut in mánib ſuis. Et vixérunt & regn vérunt cum Chriſto. H his ſecunda mors non h bet poteſtátem: ſed er Sacerdótes Dei & Chri ſti; & regnábunt cum illo.

℟. Exemplum accípite éxitûs labóris & patiéntiæ Prophétas, qui vobis locúti ſunt in nómine Dómini. * Ecce nunc beatificámus eos qui ſuſtinuérunt; Allelúia, allelúia. ℣. Ecce quómodò computáti ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illórum eſt. * Ecce nunc. Glória. ℟. Exemplum. *Jac.* 5. *Sap.* 5.

Lectio ij.

JUſtam huic ſolemnitáti oríginem & cauſam dedit conceptum à majóribus noſtris de auguſti hujus Chori reſtauratióne gaúdium: illudque Sanctórum Patronórum Elevatióne ingeminátum. Nam Ædícula tumulandis beáti Quintíni Relíquiis per Euſébiam impóſita, in Templum quidem inſigne, dignamque Epiſcopórum noſtrórum Sedem, jam ante séculum ſextum, a'ſu réxerat: ſed Eccléſiæ fel citer adeò cónditæ di plex, hac ipſâ ætáte, v

um eſt; Sancti
ſedardi décimi
omanduórum E-
ſceſſus, & cór-
i Quintíni, áltiùs
ındalórum, Hun-
impietátem,
, amíſſio. Prióris
eris acerbitátem
:ti Eligii in ſum-
eum vocat Au-
ſáı tyrem pietas;
e ſenſum planè
ı ſpem enim con-
quæsíta & cor-
put ſacrum inve-
tus eſt, & capsâ
auróque ſolertèr
ecóndidit; quin
.am, tam eximii
cuſtódem, am-
.ecoravítque, in-
páritèr ac pius &
; Póntifex. Ve-
íterùm à Fulrá-
e aucta, ſed Nor-
m flammis circa
ni ſéculi pénitùs
a, cùm non niſi
propter témpo-
rum clades, fuiſ-
túta; duodécimo
ſéculo ab ipſis quæ
Fulrádus, exſuſ-
fundamentis. Dux
ıquàm ſatis lau-
ıit Radulphus ſé-
omanduórum Co-
tátor, Matthæus,
ipsíus Cuſtos, qui
ın lápidem ſtra-
erfector demùm,
nus *Francórum*

Rex Ludovícus Nonus. Anno itaque ſupra milléſimum ducentéſimo vigéſimo octávo, die Máii ſecundâ, abſolútâ jam Chori ædificatióne, viſum eſt in ornamentum novæ Basílicæ, ditióribus feretris compóni debere ſanctorum Quintini, Victorici atque Caſſiáni córpora, & in loco Eccléſiæ conſpicuo collocári. Sepóſita ſunt tótidem in vaſis Sanctórum cápita & manus altera, ut quotidiánæ cívium ac peregrinórum veneratióni exhiberentur; & quamvis non ante ſéculi décimi tértii annum quinquagéſimum ſéptimum, ponè majus altáre novæ capſæ ſublimátæ ſint, expectátâ prædicti Regis ex ipsíus voto præſéntiâ; hæc tamen dies féminæ Ambianenſis, à duábus annis cæcæ, curatióne quaſi conſecráta, vere hácťenus & Clero & Pópulo Sanquintiniáno ſacra hábita eſt.

℟. *ij*. Grátias ágimus tibi, Dómine Deus omnípotens. * Quia advénit tempus réddere mercédem ſervis tuis, & ſanctis, & timéntibus nomen tuum. † Allelúia, állel. ℣. Péreant inimíci tui, Dómine! qui autem díligunt te, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ità rútilent. * Quia. Glória. † All. all. ℟. Grátias. *Apoc.* 2. *Judic.* 5.

Sanctórum tuórum Quintíni, Victoríci, atque Caſſiáni Elevatióne feciſti; da nos eórum méritis & précibus ad ætérnam cum eis glóriam elevári: Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 7. A. Fundáto.

CANON.

Ex Epiſtolâ ſancti Hierónymi Presbyteri ad Vigilántium primâ.

NOs non dico Mártyrum reliquias, ſed ne ſolem quidem, non Angelos, non Archángelos cólimus & adorámus; ne ſerviámus creatúræ potiuſquàm Creatóri. Sed honorámus reliquias Mártyrum, ut eum cujus ſunt Mártyres, adorémus: honorámus ſervos, ut honor ſervórum redundet ad Dóminum, qui ait: Qui vos ſúſcipit, me ſúſcipit.

AD TERTIAM.

Ant. 2. d. Et conciné-bant.

Capitulum. Apoc. 19.

VOx de throno exívit dicens: Laudem dícite Deo noſtro, omnes ſervi ejus, quóniam regnávit Dóminus Deus noſter omnípotens.

℟. *br.* Notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam, * Allelúia, allel. ℟. Notam. ℣. Et glóriam magnificéntiæ regni tui, *Allelúia, allelúia. ℟. Notam.

℣ Allevat Dómi nes qui córruunt, érigit omnes eliſo 144.

AD SEXT

Ant. 4. E. Omi que.

Capitulum. Sap.

IN omnibus magi pópulum tuum, ne,& honoraſti,& m pexiſti, in omni te aſſiſtens eis.

℟. *br.* Virtútem t lium tuórum dicent lúia, allelúia. ℟. Vir ℣. Et magnitúdiner narrábunt. * Allelúi lúia. Glória. ℟. Vir *Pſ.* 144.

℣. Confitebuntu mirabília tua, Dómi Etenim veritátem in Eccléſiâ Sanctóri 88.

AD NONA

Ant. 8. G. Nec p

Capitulum. Apoc

VEnérunt núptiæ & uxor ejus pı vit ſe, & datum ut coopériat ſe b ſplendenti & cándid ſinum enim ſunt ju tiónes Sanctórum.

℟. *br.* Memóriam dántiæ ſuavitátis tu ctábunt. * Allelúia lúia. ℟. Memóriam. juſtitiâ tuâ exult * Allelúia, allelúia

:móriam. *Pſ.* 144.
:áte Dómino cán-
ıvum : ℟. Laus
Eccléſiâ Sanctó-
149.
VESPERAS.
ɔna, 4. *toni*, E.
lera, Iſrael ; ſu-
excelſa tua In-
rfecti ſunt : amá-
decóri in vitâ
ıorte quoquè non
iſi : allelúia. *II.*

. F. Aquilis velo-
leónibus fortió-
roboravérunt Ja-
redemérunt ſe in
ıtis : allelúia. *II.*
Eccli. 49.
ſ. J. Ante thro-
ſunt, & ſérviunt
nocte in Templo
ɛlúia. *Apoc.* 7.
:. G. Sedébit Dó-
nflans, & colábit
. aurum ; & erunt
offerentes ſacri-
juſtítia : allelúia.
3.
4. E. Annuntiá-
ntibus glóriam
& addúcent om-
es veſtros donum
: allelúia. *Iſ.* 66.
um. II. Cor. 2.
grátias, qui ſem-
triumphat nos in
Jeſu, & odórem
ſuæ manifeſtat per
omni loco, quia
bonus odor ſu-

Hymnus. Sat, Quintíne. *ut in I. Veſperis.*

℣. Juſti confitebuntur nómini tuo, Dómine : ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Pſ.* 139.

Ad Magníf. *Ant.* 5. 2. Pater, quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum ; ut vídeant claritátem quam dediſti mihi, quia dilexiſti me, ante conſtitutiónem mundi : allelúia *Joann.* 17.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Pro Commem. S. Crucis. Ant. Radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populórum. Ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulcrum ejus glorióſum : allelúia. *Iſ.* 11.

℣. De torrente in via bibet ; ℟. Proptérea exaltábit caput. *Pſ.* 109.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLET. *ut heri.*

DIE III.

IN INVENTIONE Sanctæ Crucis.

Duplex majus, ſeu III. Claſſis.

AD MATUTINUM.

Invitat. Jeſum, propter paſſiónem mortis, glóriâ & honóre coronátum, * Veníte, adorémus : allelúia. *Hebr.* 2.

Pſalm. Veníte, *pag.* 2.

rio coronátus eſt, unà cum Evéntio & Theodúlo Presbyteris.

AD LAUDES.

Antiphona, 6. toni, F.

PEccáta noſtra Chriſtus pértulit in córpore ſuo ſuper lignum; ut, peccátis mórtui, juſtítiæ vivámus: allelúia. *I. Petr.* 2.

Ant. 3. a. Delens quod adversùs nos erat chirógraphum decréti, ipſum tulit de médio, affigens illud Cruci: allelúia. *Coloſſ.* 2.

Ant. 1. a. Fecit útraque unum, ſolvens inimicítias in carne ſua; ut reconcíliet ambos in uno córpore Deo per Crucem: allelúia. *Epheſ.* 2.

Ant. 2. D. Vetus homo.

Canticum. Apoc. 5.

ECce vicit Leo de tribu Juda, radix David, * aperíre librum & sólvere ſeptem ſignácula ejus.

Et viginti quátuor ſenióres cecidérunt coram Agno,* habentes singuli cítharas.

Et cantábant cánticum novum, * dicentes:

Dignus es, Dómine, accípere librum, * & aperíre ſignácula ejus;

Quóniam occíſus es, * & redemiſti nos Deo in sánguine tuo,

Ex omni tribu & linguâ, * & pópulo & natióne;

Et feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdó regnábimus ſuper

Ant. Vetus hom ſimul crucifixus eſ ſtruátur corpus pe ultrà non ſerviám to: allelúia. *Rom.*

Ant. 5. a. O Chriſtum pati, & re; & prædicári in ejus pœniténtiam, ſiónem peccatórum nes gentes: allel.

Capitulum. I. C

PRædicámus C crucifixum, Ju dem ſcándalum, autem ſtultítiam; tem vocátis Judæ Græcis, Chriſtum tútem, & Dei ſap

Hymnus.

CRux, fida la Dei
Pendentis in te có
Ejus dolóres íntin
Dic verba, dic ſ
Clavi pedes, nus
Fixêre duro ſtípit
Cinctum cruentis
In te recumbébat
Cum morte luct
Legis ſuprémos ſp
Chriſtus tuo, vole
Vitam relíquit in
Tu lectus in parit,
Suggeſtus è quo cet:
Olim tremendum bus
Eris tribúnal Júdi

Chriſte, nos te-
nori ;
ıul da súrgere :
: contémnere ;
cœléſtia.
Crucem nos lí-
,
.us máxima ,
& almo Spíritu ,
:na ſécula.
,
m feciſti in pó-
:em tuam : ℟.
in bráchio tuo
ıum. *Pſ.* 76.
d. *Ant.* 7. d.
ıum Filii hómi-
) : & vidébunt
inis venientem
cœli cum vir-
& majeſtáte :
atth. 24.
ratio.
ıui in præclára
:træ Crucis in-
ıſſiónis tuæ mi-
:aſti; concéde,
ni prétio, vitæ
dia conſequá-
ivis.
*m. SS. Mar-
andri, Eventii*
:, *Ant.* Beáti.
ratio, Concé-
i.
. I M A M.
'eccáta noſtra.
℣. Qui ſurre-
ıis. *Matth.* 27.
R T I A M.
. Delens quod
s.

Capitulum. Philipp. 2.

CHriſtus Jeſus ſemetipſum exinanívit, formam ſervi accípiens, in ſimilitúdinem hóminum factus : humiliávit ſemetipſum, factus obédiens uſque ad mortem, mortem autem Crucis.

℟. *br.* Apud Dóminum misericórdia : * Allelúia, allel. ℣. Et copióſa apud eum redémptio. * Allel. allelúia. Glória. ℟. Apud. *Pſ.* 129.

℣. Redemptiónem miſit Dóminus ℟. Pópulo ſuo. *Pſ.* 110.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Fecit útraque.

Capitulum. Coloſſ. 1.

IN ipſo complácuit omnem plenitúdinem inhabitáre, & per eum reconciliáre ómnia in ipſum, pacíficans per ſánguinem Crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cœlis ſunt.

℟. *br.* Dóminus dominórum redémit nos : * Allelúia, allelúia. ℣. Ab inimícis noſtris. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dóminus. *Pſ.* 135.

℣. Deus noſter, Deus ſalvos faciendi, ℟. Et Dómini Dómini éxitus mortis. *Pſ.* 67.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Oportébat.

Capitulum. Act. 6.

QUem interemiſtis, ſuſpendentes in ligno, hunc príncipem & ſalvatórem Deus exaltávit déxterâ ſuâ, ad dandam pœniténtiam Iſraéli & remiſſiónem peccatórum.

℟. *br.* Remiſiſti iniquitátem plebis tuæ: * Allelúia, allelúia. ℣. Operuiſti ómnia peccáta eórum. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Remiſiſti iniquitátem.

℣. Mitigaſti omnem iram tuam; ℟. Avertiſti ab ira indignatiónis tuæ. *Pſ.* 84.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 7. toni, c.

CHriſtus mórtuus eſt pro peccátis noſtris, & reſurrexit tértiâ die, ſecundùm Scriptúras: allelúia. *I. Cor.* 15.

Ant. 4. A. Ipſe eſt pax noſtra, ſolvens inimicítias in carne ſua, ut reconcíliet Deo per Crucem: allelúia. *Epheſ.* 2.

Ant. 6. F. Nos infirmi ſumus in illo; ſed vivémus cum eo ex virtúte Dei: allelúia. *Rom.* 6.

Ant. 1. D. Si complantáti facti ſumus ſimilitúdini mortis ejus, ſimul & reſurrectiónis érimus: allelúia. *Rom.* 6.

Ant. 5. C. Si commórtui ſumus, & convivémus: ſi ſuſtinébimus, & conregnábimus: allelúia. *II. Timoth.* 2.

Capitulum. Hebr

CUrrámus ad p
tum nobis cert
aſpicientes in aucto
dei & conſummatór
ſum qui, propóſito ſi
dio, ſuſtínuit Cruce
fuſióne contemptâ
in déxtera ſedis Dei

Hymn. Crux, fi
prà ad Laudes, pa

℣. Dícite in natic
℟. Dóminus regná
gno. *Pſ.* 95.

Ad Magníf. *An*
Chriſto confixus ſu
ci: vivo: jam non
vit verò in me Ch
in fide vivo Fílii D
diléxit me, & trád
metipſum pro me
lúia. *Galat.* 2.

Pro Comm. S.
ſii, Epiſc. & Do
Sápiens. ℣. Beátu
Oratio, ut infrà ad

Deindè pro Co
Monicæ, Viduæ. A
távit. ℣. Averte,
Oratio, ut infrà.

DIE I

In Feſto

S. ATHANA
Epiſcopi & Eccl. D
Semiduplex

Omnia de Con
Doctorum, pag.

Lectio ij.

ATHanáſius,
xandro Epiſc
xandrínæ Eccléſia
nus ordinátus, al

lConcílium Nicæ-
i Arii impietátem
mpugnávit. In A-
pauló pòſt defun-
n ſuffectus, tran-
piſcopátûs inítio,
n omnem perlu-
ſed cùm nullis aut
aut minis poſſet
it Aríum ficè pœ-
i recíperet, nihil
líta eſt ínquies A-
a malítia, quò mi-
pace mūnus obíret
nmiſſum. Ariáni
iis juncti ſtruxé-
umniárum technas
ut ipſum loco de-
quas coram Con-
díluit; & eo ju-
Alexandríam ré-
ti in conciliábulo
thanáſium crimi-
riáni, illum ad Im-
n profectum ut
im effúgeret, quaſi
deſerentem, Epi-
abdicârunt. Con-
, cógnitâ eórum
, indignanti, mox
converſi calúm-
úggerunt commi-
ſſe Athanáſium,
irum ſe ne con-
nóna ex Ægypto
inópolim depor-
quâ criminatióne
onſtantínus Atha-
Tréviros aman-
ubi à Maximíno
honoríficè ex-
t. Alexandríam re-
id agente apud

Conſtántium fratrem Conſtantíno Junióre, quæ mens Conſtantíni patris fúerat, novis íterùm calúmniis impétitur. A Júlio Papa, cui Euſebiáni Concílium poſtulantes ſcrípſerant, dùm Romæ in Synodo judicátur ínnocens; eum adversárii, judício licèt ab Athanáſio priùs recusáto, Antiochíæ depónunt, eíque depóſito Gregórium Cappádocem ſubſtítuunt. Synodi Sardicenſis óperâ à calúmniis hæreticórum vindicátur, & ſedi ſuæ reſtitúitur. Séptimo pòſt anno, cùm à Conſtántio Ariánis addictíſſimo ad mortem quæreréturr, ſex totis annis in Ægypti monaſtériis locíſque deſértis delítuit. Poſt Conſtántii mortem, Alexandríam reverſus, cùm idolórum cultóribus gravis eſſet, à Juliáno exagitátus, ibídem delítuit, donec ſedáta eſſet perſecútio. Sub Joviáno, cathólico príncipe, pacíficè ſuam rexit Eccléſiam. Poſt tot labóres ærumnáſque ſub Valente Ariáno in lectulo ſuo mórtuus eſt, anno Epiſcopátûs quadragéſimo ſexto, Chriſti verò trecentéſimo ſeptuagéſimo tértio.

Pro Sancta Monica.

Lectio iij.

MOnica, ſancti Auguſtíni duplíciter mater, quia eum mundo &

cœlo péperit, Patrícium cónjugem ui velut Dómino ſemper ſervíerat, extrémo ejus vitæ témpore ad Chriſti fidem adduxit. Lapſo in Manichæórum hæreſim filio, cùm pro ejus converſióne multis lácrymis Deum precarétur, audívit à quodam Epíſcopo: Fieri non poteſt ut fílius iſtárum lacrymárum péreat. Terrâ maríque illum ſecúta, Mediolání innótuit Ambróſio, qui Auguſtíno gratulátus eſt quòd eam matrem habéret. Ibi cùm ad memórias Sanctórum, ſicut in Africa ſolébat, pultes cum pane & mero attuliſſet, atque ab Oſtiário prohiberétur; ubi hoc Epíſcopum vetuiſſe cognóvit, tam piè obſecúta eſt, ut ipſe miraréttur Auguſtínus, quòd tam fácilè accuſátrix pótiùs conſuetúdinis ſuæ, quàm diſceptátrix illíus prohibitiónis effecta fuiſſet. Rédiens in Africam cum Auguſtíno, qui Manichæórum ejurátâ hæreſi, ab Ambróſio baptizátus fúerat, cùm ad Oſtia Tiberína conſtitiſſet, ſic fílium eſt allocúta: Fili, nullâ jam re delector in hac vita; quid hîc fáciam adhuc, & cur hîc ſim néſcio, jam conſumptâ ſpe hujus ſéculi: unum erat propter quod in hac vita aliquántulùm immorári cupiébam, ut te chriſtiánum cath[illegible] cum vidérem, priuſq[illegible] mórerer: cumulátiùs [illegible] mihi Deus meus præſtiti[illegible] ut te étiam, contemptâ [illegible] licitáte terrénâ, ſerv[illegible] ejus vídeam. Quinto p[illegible] die in febrem íncidit, [illegible] aſtantem íntuens Aug[illegible] num cum fratre ejus N[illegible] vígio: Ponétis hic, in[illegible] matrem veſtram: illud [illegible] tem vos rogo, ut ad [illegible] Dómini meminéritis [illegible] Die nono morbi, [illegible] anno quinquagéſimo [illegible] to, Chriſti autem trecen[illegible] ſimo octogéſimo ſépt[illegible] ánimam Deo réddidit. T[illegible] Evódius, ſuccinente [illegible] domo, cantáre cœpit Pſal[illegible] mum: Miſericórdiam & ju[illegible] dícium cantábo tibi, Dómine. Juxta ſepulcrum póſito cadávere, priuſquam deponerétur, oblátum eſt pro ea, ut refert Auguſtínus, ſacrificium prétii noſtri Deo ad ejus altáre, cui ipſa nullíus diéi prætermiſſióne ſervíerat, & unde nóverat diſpensári Víctimam ſanctam quâ delétum eſt chirógraphum contrárium nobis.

AD LAUDES.

Oratio.

Præſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut excelléntiam Verbi tui, quam beátus Athanáſius mirábili conſtántiâ, innumeríſque labóribus aſſéruit, [illegible]

enienter intellígere
ımus, & veráciter pro-
; Per eumdem Dómi-
.

ro Comm. S. Moni-
lnt. Benedícta. ℣. Ani-
nea, *pag.* lj.

Oratio.

Eus, mœréntium con-
ſolátor, & in te ſpe-
ium ſalus, qui beátæ
nicæ pias lácrymas in
erſióne filii ſui Augu-
miſericórditer ſuſce-
da nobis, utriuſque in-
ntu, peccáta noſtra
iténtiæ lácrymis elúc-
grátiæ tuæ indulgén-
invenire; Per Dómi-
.

D I E V.

In Feſto

GODEBERTÆ,

Virginis.

Semiduplex.

mnia de Comm. SS.
. non Martyr. p. xj.
I. Vesp. *Capit.* Unuſ-
que. *Hymnus.* Vos ô
nci. ℣. Afferentur.
Magníf. *Ant.* Córpo-
Orat. Exaudi, *infra.*
omm. S. Athanaſii.
Qui docti. ℣. Igni-
, *pag.* xxv. *Oratio*,
prà.

Lectio ij.

Odeberta nata eſt pro-
pè Ambiánum nobíli-
ac piis paréntibus. Cre-
nt in ea virtútes pári-
um ætáte. Cùm paren-
le ipsíus ſponſálibus
coram Clotário tértio áge-
rent, negávit illa ſe viro
moritúro nuptúram: itaque
eam Chriſto ſanctus Elí-
gius Noviomenſis Epíſco-
pus ánnulo ſuo deſponsá-
vit. Rex magníficam divi-
næ grátiæ virtútem admi-
rátus, palátium quod No-
vióm habébat, vírgini de-
dit, ut in Monaſtérium cé-
deret. Prædia duo attrí-
buit, undè viverent vírgi-
nes duódecim, quæ ſe só-
cias Godebertæ addidé-
runt. His eam Elígius prop-
ter ſingulárem prudéntiam,
pietátem & humilitátem
præfécit. Crebra ejus erant
lóngaque jejúnia, contí-
nuæ vigíliæ & orátio, mul-
tæ & magnæ eleemóſynæ.
Nunquàm in públicum pro-
díbat niſi ut áliis prodeſſet.

Lectio iij.

GRaſſante Novióm pe-
ſtiléntiâ, ea cives hor-
táta eſt ut oratiónibus, je-
júniis & eleemóſynis di-
vínam iram placárent; quæ
cùm illi feciſſent, déſiit pe-
ſtiléntia. Miráculis clara
ánimam Deo réddidit circa
finem séptimi ſéculi. Cor-
pus ejus ſepultum eſt in
Oratório ſancti Geórgii,
quod póſtea dictum eſt A-
poſtolórum, nunc verò
ſanctæ Godebertæ: tranſ-
látum autem fuit in Ecclé-
ſiam Cathedrálem, ſub fi-
nem ſéculi décimi quinti.
Godeberta cólitur ut Pa-

tróna à Civitáte Novìomenſi, quæ ejus præſídium in incéndiis & morbis peſtíferis non ſemel experta eſt.

AD LAUDES.

Ant. ſola, Cantábant Vírgines, *p.* xliv. *Hymn.* O Virgo. ℣. Lætábor. *Ad* Benedict. *Ant.* Exultábit, *pag.* xlv.

Oratio.

EXaudi, Dómine, ...lum tuum tibi ſ... trocíniis ínclytæ V... tuæ Godebertæ ſup... tem; & præſta, ut e... tatióne & précibus ...lum mente totâ ſ... felíciter inveníre ...mur; Per Dóminum...

Vesperæ de ſe...

Die VI. Maii.

IN FESTO MARTYRI...

S. JOANNIS EVANGELIST...

ANTE PORTAM LATINA...

Duplex II. Classis, ſeu Annuale m...

AD I. VESPERAS.

Antiphona, 2. *toni*, D.

EGo Joannes párticeps in tribulatióne, & regno, & patiéntia in Christo Jeſu: allelúia. *Apoc.* 1.

Ant. 1. a. Fui in ínſulâ Patmos propter verbum Dei & teſtimónium Jeſu: allelúia: *Apoc.* 1.

Ant. 5. a. Audívi vocem magnam tanquam tubæ dicentis: Quod vides, ſcribe, & mitte ſeptem Eccléſiis: allelúia. *Apoc.* 1.

Ant. 3. a. Et converſus vidi in médio ſeptem candelabrórum aureórum ſimilem Fílio hóm... habébat in déxt... ſeptem ſtellas: *Apoc.* 1.

Ant. 8. G. Et ... pedes ejus tanqu... tuus, & póſuit ... déxteram ſuam, Noli timére; eg... claves mortis & allelúia. *Apoc.* 1.

Capitulum. Iſ...

NOli timére, ... démi te; me... cùm transíeris p... tecum ero, & flúr... opérient te: cùm ... láveris in igne, n...

...téris, & flamma non ...débit in te.

℞. Nolíte timére: * Om... qui confitébitur me co... hominibus, confité... & ego eum coram Pa... meo: allelúia, allelúia.
... Sacramentum Regis ...cóndere bonum eſt, ...ra autem Dei reveláre ... confitéri honorificum ... * Omnis. Glória. ℞. No... *Matth.* 10. *Tob.* 12.

Hymnus.

URBEM Romúleam quis furor íncitat?
...riſti diſcípulus, Cæſare júdice
...mnátus, rápitur; nil venerábilis
Frontis caníties movet.

IN fervens ólei conjícitur mare:
...il æſtus nócuit, flamma ſed hóſpiti
...rcit blanda ſuo: ceu pugil úngitur,
Hinc & fórtior éxilit.

EDICTO ſtériles pulſus in ínſulas,
...ul tunc ſócio perfrúitur Deo:
...c ventúra videt, quæ cálamo notans,
Sublustri nébulâ tegit.

SIC nos Chriſtus amet, ſic dóceat pati;
...iſcamúſque mori, fúneris ut ſacri
...mus partícipes: non áliis patet
Cœlum conditiónibus.

PATRI máxima laus, máxima Filio,
Amborúmque ſacro máxima Flámini:
Hæc eſt certa fides, fóntibus è tuis,
Quam divínitùs háuſimus. Amen.

℣. Impinguaſti in óleo caput meum, ℞. Et calix meus inébrians quàm præclárus eſt. *Pſ.* 22.

Ad Magnif. *Ant.* 3. a. Jeſus ait Jacóbo & Joanni: Cálicem quem ego bibo, bibétis: & Baptiſmo quo ego baptízor, baptizabímini; allel. *Marc.* 10.

Oratio, infrà ad Laud.

AD MATUTINUM.

Invitat. Allelúia. Chriſtum qui dat vincenti manna abſcónditum: * Veníte, adorémus; allel. *Apoc.* 2.

Hymn. Urbem Romúleam. *ut in I. Veſperis.*

IN NOCTURNO.

Ant. 4. E. Noli timére, quia ego Sanctus Iſrael, ſalvátor tuus: ego dilexi te: allelúia. *Iſ.* 43.

Ant. 1. J. Ecce Deus ſalvátor meus: fiduciáliter agam, & non timébo: allelúia. *Iſ.* 12.

Ant. 5. a. Probátus eſt Prophéta, & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis, quia vidit Deum lucis: allelúia. *Eccli.* 48.

℣. Ignítum elóquium tuum vehementer; ℞. Et

ſervus tuus dilexit illud. *Pſ.* 118.

Lectiones de Scriptura occurr. de tribus una.

℟. Probávit me Dóminus tanquàm aurum quod per ignem tranſit: * Veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus; viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea: allelúia, allelúia. ℣. Omnia detrimentum feci ad cognoſcendum Chriſtum, & ſocietátem paſſiónum illíus; configurátus morti ejus. * Veſtígia. *Job.* 23. *Philipp.* 3.

Ex libro ſancti Hierónymi Presbyteri adversùs Joviniánum.

Lectio ij. Lib. 1. *Cap.* 14.

JOannes unus ex diſcípulis, qui mínimus tráditur fuiſſe inter Apóſtolos, & quem fides Chriſti vírginem repérerat, virgo permanſit; & ídeò plus amátur à Dómino, & recumbit ſuper pectus Jeſu. Et quod Petrus, qui uxórem habúerat, interrogáre non audet, illum rogat ut intérroget. Et poſt reſurrectiónem, nuntiante Maríâ Magdaléne quòd Dóminus reſurrexiſſet, uterque cucurrit ad ſepulcrum; ſed ille prævénit. Cúmque eſſent in navi, & piſcarentur in lacu Geneſáreth, Jeſus ſtabat in líttore, nec ſciébant Apóſtoli quem vidérent: ſolus virgo Vírginem agnoſcit, & dicit Petro: Dóminus eſt. Eſt Joannes & Apóſtolus, & Evangeliſta, & Prophéta. Apóſtolus, quia ſcripſit ad Eccléſias ut magiſter: Evangeliſta, quia librum Evangélii cóndidit, quod, excepto Matthæo, álii ex duódecim Apóſtolis non fecérunt: Prophéta, vidit enim in Patmos inſula, in qua fúerat à Domitiáno príncipe ob Dómini martyrium relegátus, Apocalypſim infiníta futurórum myſtéria continentem. Refert autem Tertulliánus, quòd Romæ miſſus in ferventis ólei dólium, purior & vegétior exíverit, quàm intráverit.

℟. Liberaſti me, Deus, ſecundùm multitúdinem miſericórdiæ nóminis tui à preſsúra flammæ quæ circúmdedit me, * Et in médio ignis non ſum æſtuátus: † Allelúia, allelúia. ℣. Dóminus mihi áſtitit, & confortávit me, ut per me prædicátio impleátur: & liberátus ſum de ore leónis. * Et in médio. Glória. † Allelúia, allel. *Eccli.* 51. *II. Tim.* 4.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 20.

IN illo témpore: Acceſſit ad Jeſum mater filiórum Zebedæi, cum filiis ſuis adórans, & petens áliquid ab eo. Et réliqua.

ĉti Hierónymi
byteri.
:. in Matt. c. 20.
óſtulat, ſed,
us, diſcípulis
ntélligens pre-
filiórum deſ-
ıntáte. Poteſtis
:m, quem ego
n? Cálicem in
tellígimus Paſ-
:a illud; Pater,
:ſt, tránſeat à
ſte. Quæritur
nodò Cálicem
ɔerint filii Ze-
Scriptúra nar-
n tantùm ab
te truncátum:
ıtem própriâ
n finíerit. Sed
iſtórias Eccle-
quibus fertur,
: propter Mar-
us ſit in fer-
lólium, & in-
iendam coró-
Athléta pro-
imque in Pat-
ı relegátus ſit;
Martyrio áni-
.efuiſſe; & bi-
ıem Cálicem
, quem & tres
níno ignis bí-
èt perſecútor
ſánguinem.

ᴀ U D E S.

5. toni, a.
ocem de cœlo
loquentem mi-
tem: Vade &
ım de manu

Angeli: allelúia. *Apoc.* 10.

Ant. 3. a. Accépi librum, & devorávi illum; & erat in ore meo tanquam mel dulce: allelúia. *Apoc.* 10.

Ant. 7. d. Et dixit mihi Angelus: Oportet te íterùm prophetáre géntibus & pópulis & linguis & Régibus multis: allelúia. *Apoc.* 10.

Ant. 1. G. Datus eſt mihi.

Cantic. Confitébor. *ut in Comm. unius S. Mart.*

Ant. Datus eſt mihi cálamus, & dictum eſt mihi: Surge & metíre Templum Dei, & altáre, & adorantes in eo: allelúia. *Apoc.* 11.

Ant. 6. F. Scribe: Beáti qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti ſunt! hæc verba Dei vera ſunt: allelúia. *Apoc.* 19.

Capitulum. Apoc. 19.

CEcidi ante pedes Angeli, ut adorárem eum: & dicit mihi: Vide ne féceris: conſervus tuus ſum, & fratrum tuórum habéntium teſtimónium Jeſu: Deum adóra; teſtimónium enim Jeſu eſt Spíritus prophetíæ.

Hymnus.

JUssu tyranni pro fide
Pulſus, Joannes, éxulas:
Fertur volátu líbero
Mens celſa ſupra sídera.

Illic revélat ſe tibi,
Qui mórtuus vivit, Deus:
Agnus ſalútis hóſtia,
Et morte devictâ leo.

ARCANA te vatem docet
Regni ſui myſtéria.
Pandit cruóre Mártyrum
Ubíque ſpargendam fidem.
DA, Chriſte, nos tecum mori;
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléſtia.
¶ SIT laus Patri, laus Filio,
Qui nos triumpháta nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus. Amen.
[*Poſt Aſcenſion. Doxol.*
QUI victor in cœlum redis.
Si autem poſt Oct. Aſcenſ.
QUI Patris ad dextram ſedes,
Jeſu, tibi ſit glória, &c.
Et ſic in aliis Horis.]

℣. Igne me examinaſti,
℟. Et non eſt inventa in me iníquitas. *Pſ.* 16.

Ad Bened. *Ant.* 6. F. Confitébor nómini tuo, Dómine; quóniam adjútor & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditióne: allel. *Eccli.* 51.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis quia nos úndique mala noſtra perturbant; præſta, quæſumus, ut beáti Joannis Apóſtoli tui & Evangeliſtæ conféſſio glorióſa nos prótegat; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

AD PRIMAM.

Ant. 5. a. Audívi vocem.

AD TERTI[AM.]

Ant. 3. a. Acc[...] brum.

Capitulum. Eccli.

LIberaſti me de [...]tióne, & eripu[...] de témpore iníquo [...] téreà confitébor, & [...] dicam nómini Dón[...]

℟. *br.* Cantábile[s...] erant juſtificatiónes [...] Allelúia, allelúia. ℣ [...] co peregrinatiónis [...] Allelúia, allelúia. [...] ℟. Cantábiles. *Pſ.*

℣. In terra deſe[...] párui tibi: ℟. Ut v[...] virtútem tuam & g[...] tuam. *Pſ.* 62.

AD SEXTA[M.]

Ant. 7. d. Et dixi[...]

Capitulum. Iſ.

DOminus érigi[t...] aurem, ut [...] quaſi magiſtrum. D[...] Deus apéruit mihi [...] ego autem non con[...] retrorsùm non ábii.

℟. *br.* Aúdiam q[...] quátur in me D[...] Deus: * Allelúia, [...] ℣. Quóniam loqu[...] cem in plebem ſua[m...] lelúia, allelúia. Gl[...] Aúdiam. *Pſ.* 84.

℣. Deus, docuiſ[ti...] uſque nunc pron[...] mirabília tua, ℟. E[...] in ſenectam & [...] *Pſ.* 70.

AD NONA[M.]

Ant. 6. F. Scrib[...]

m. Sap. 7.
que ſunt abſ-
& improviſa
ium enim árti-
ıe ſapiéntia;eſt
Spíritus intelli-
tus.
roíbo in potén-
i : * Allelúia,
Uſque in altíſſi-
iſti magnália.*
llelúia. Glória.
). *Pſ.* 70.
veritátem dile-
ne; ℟. Incerta
ſapiéntiæ tuæ
mihi. *Pſ.* 50.
ESPERAS.
7. *toni*, A.
Jeſus; ſtetit in
: non cognové-
li ejus, quia Je-
l. *Joann.* 21.
. Dixit diſcípu-
quem diligébat
o: Dóminus eſt:
ann. 21.
). Sapiéntia fá-
ab his qui dí-
allelúia. *Sap.* 8.
. Et nos cognó-
redídimus cari-
habet Deus in
l. *I. Joann.* 4.
. Sit vobiſcum
pax à Deo, &
eſu, Fílio Pa-
ritáte & cari-
II. Joann. 3.
m. Apoc. 1.
uæ oportet fieri
gnificávit, mit-
gelum ſervo ſuo

Joanni, qui teſtimónium perhíbuit verbo Dei; & teſtimónium Jeſu Chriſti quæcumque vidit.

Hymn. Urbem, *ſuprà*, pag. 557.

℣. Nomen Dómini invocávi: ℟. Erípuit ánimam meam de morte. *Pſ.* 114.

Ad Magníf. *Ant.* 5. C. In hoc cognóvimus caritátem Dei: quóniam ille ánimam ſuam pro nobis póſuit: & nos debémus pro frátribus ánimas pónere: allelúia. *I. Joann.*

DIE VIII.

In Feſto APPARITIONUM S. MICHAELIS Archangeli.

Duplex majus, ſeu III. Claſſis.

AD I. VESPERAS.

Antiph. 7. *toni*, A.

ASpiciébam donec throni póſiti ſunt; & Antíquus diérum ſedit: & veſtimentum ejus cándidum quaſi nix; allelúia. *Dan.* 7.

Ant. 1. G. Flúvius ígneus rapidúſque egrediebátur à fácie ejus: míllia míllium miniſtrabant ei; allelúia. *Dan.* 7.

Ant. 5. a. Vidi thronum magnum & cándidum, & ſedentem ſuper eum, à cujus conſpectu fugit terra & cœlum; allelúia. *Apoc.* 20.

Ant. 4. E. Audívi vocem Angelórum multórum

in circúitu throni, & erat númerus córum míllia míllium; allelúia. *Apoc.* 5.

Ant. 6. F. Et vidi Angelum deſcendentem de cœlo, habentem poteſtátem magnam; & terra illumináta eſt à glória ejus; allelúia. *Apoc.* 18.

Capitulum. Apoc. 14.

VIdi Angelum volantem per médium cœli, habentem Evangélium ætérnum, ut evangelizáret ſedéntibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem & tribum, & linguam & pópulum.

Hymnus.

DESERO terras jacentes,
Alta viſo ſídera,
Me ſuper repentè raptus,
Michaélis dum cano
Grande nomen, gloriámque
Nóminis recógito.

VOCE qui creávit orbem
Increátus Artifex,
Audio nunc qui diébus
Voce noctes dívidit;
Lux adeſto, fatur; & lux
E tenébris éxilit.

LUCE ſed quot Angelórum
Pródeunt exércitus!
Mole córporum ſolúti
Ociùs ventis volant,
Sole fulgent clariores,
Non dii, ſed Spíritus.

HIS ſuperſtat Conditóris
Altior cœlo thronus.
Quanta Majeſtas ſedentis
Hâc corónâ célſiùs!
Quem tot ámbiunt miniſtri,
Totque Regem príncipes!

INTER hos non fuit primus
Dignitáte Michaël,
Sed fide, ſed caritáte
Primus, ac modéſtiâ,
Príncipem locum ſuperbo
Aúferet mox ſátanæ.

MICHAELEM Trinitátis
Invocémus víndicem;
Michaéli Trinitátem
Angelis & ómnibus
Prædicémus imperantem,
Nunc & ultra ſǽcula.
Amen.

℣. Quis conſurget mihi adversùs malignantes? ℟. Quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitátem? *Pſ.* 93.

Ad Magníf. *Ant.* 8. G. Magnâ voce dicébat Angelus: Timéte Dóminum, & date illi honórem: adoráte eum qui fecit cœlum & terram, mare & fontes aquárum; allelúia. *Apoc.* 14.

Oratio, infrà ad Laud.

AD MATUTINUM.

Invitat. Allelúia. Deum cui miniſtrant Angeli: *Veníte, adorémus; allelúia. *Matth.* 4.

Hymnus.

SCilicet quis ille pennis
Fretus impoténtibus,
Numen éffero voláru
Ad duellum próvocat?

.s ipſum datórem
mpugnet cliens?
ɔeſſe, clamat au-

ıus cédere!
eſt parére Patri?
ſati me decent;
ı qui Patris aſto
haud impar Dei.
em, quæ nos ab

ſupérbiam!
quâ ſubter orcum
Cœlites!
regno vetábis,
rræ ſérviant?
Deo novi Gigan-

m gens æmula,
a moliuntur!
ſed Míchaël;
letrúdet orco,
œlo pios.
ıELEM Trinitátis
ıs víndicem:
Trinitátem
k ómnibus
ıus imperantem
ıltra ſécula.
en.

ƆCTURNO.

ı. a. Eleváta eſt
ɔmini ſuper Ché-
c sónitus alárum
n audiebátur, qua-
ei omnipoténtis;
Ezech. 10.

. d. Vidit Jóſue vi-
inátum tenentem
, & ait: Noſter
verſariórum? qui
: *Sum princeps*
exércitûs Dómini; allelúia. *Joſ.* 5.

Ant. 1. a. Ecce manus tétigit me, & ait ad me: Míchaël unus de princípibus primis, venit in adjutórium meum. *Dan.* 10.

℣. Angelus Dómini in circúitu timéntium eum;
℟. Et erípiet eos. *Pſ.* 33.

Lectio j. de Script. occurr. de tribus una.

℟. Cùm introdúcit Deus primogénitum in orbem terræ, dicit: Et * Adórent eum omnes Angeli Dei; Allelúia, allelúia. ℣. Adoráte eum, omnes Angeli ejus, audívit & lætáta eſt Sion: * Adórent. *Hebr.* 1. *Pſ.* 96.

Lectio ij.

MIchaélem, Verbi divíni adversùs dæmones ultórem, Hebræórum ducem primárium, ſuúmque páriter cuſtódem ac zelatórem, univerſa jam pridem credit ac colit Eccléſia. Ipſum pro véniâ peccatórum, & Láïci ad ſacram ſynaxim, & Sacerdótes ad ſacroſanctum ſacrifícium accedentes, apprecantur. Ipſum pia Mater in auxílium agonizántium, defunctorúmque fidélium enixè ádvocat. Illum autem in Gárgano monte, intra Sicíliam, Epíſcopo Sipontíno, circa quintum ſéculum; & in ſcópulo mari imminente,

ad Británniæ minóris & Néuſtriæ confínium, Abrincenſi Epíſcopo, octávo ſéculo, apparuiſſe; probant ſaltem Templa utrobíque tunc témporis erécta; ſanctíque Archángeli nómine donáta. Montis certè Gárgani Templum nudis pédibus invíſit Otho tértius Imperátor: & ad Montem S. Michaélis, in Néuſtriâ, plures è noſtris Régibus piè peregrinátos légimus. Immò ea fuit Ludovíci undécimi in Angelórum príncipem fidúcia, ut equeſtrem ſimul ac religióſum, ſub ejus nómine, Ordinem inſtitúerit, primáſque in Fránciâ partes Ordo ille, ad inſtitútum uſquè ab Henríco tértio, ſancti Spíritûs Ordinem, ténuit: & ſecundas etiamnùm tenet.

℟. Conſurget Míchaël princeps magnus qui ſtat pro fíliis pópuli tui; & in témpore illo, * Salvábitur omnis qui inventus fúerit in libro vitæ: † Allelúia, allel. ℣. Non intrábit in ſanctam Civitátem áliquod coinquinátum; niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni. * Salvábitur. Glória. † Allelúia, allel. *Dan.* 12. *Apoc.* 21.

Lectio iij.

PRobátur páriter ſancti Michaélis, in Phrygia apud Coloſſenſes apparítio, Templo nempè, cir-

ca quintum ſéculi
dem extructo; Feſt
ſigni, per univerſa
tis Eccléſias, in
memóriam inſtitút
in urbe Româ eód
mè témpore, a
nem teſtári vidétu
cramentário Gelá
pa primus: extabát
mæ in honórem ſa
chaélis Eccléſia, á
Bonifácius quartus
in eo monte póne
indè Mons ſancti
dictus eſt. Narra
Sozómenus ædific
Conſtantíno Magn
cum ipsâ Conſtan
dedicátam Eccléſi
chaëliónem dictam
meris ſancti Arché
paritiónibus, ægro
curatiónibus claru
ipſum ab illo plúr
cepiſſe beneficia;
fuiſſe præſertìm A
célebris in foro F
atque Probiáni, cl
in Aulâ Médici,
nem haud naturál
júſque idcircò a
ſti cultum conve
Hinc præter Mon
Michaëlióni áddit
naſtéria ália quá
Eccléſiæ áliæ quí
eâdem in urbe,
vocatióne ſancti
lis cónditæ: hin
ubíque Deo ſub e
poſt Vírginem D
clientélâ, Baſílic

ninima non eſt,
e.
ninica, Lectio iij.
vangelio & Ho-
minicæ, & tunc
& iij. ſuprà deſ-
unam contrahen-

A U D E S.
t. 8. *toni*, G.
it in cœlo múlier
a ſole, & luna
ous ejus, & in
ıs coróna ſtellá-
lecim; allelúia.
.
a. Et ecce Dra-
s ſtetit ante mu-
ıæ erat paritúra,
eperiſſet, filium
árer; all. *Apoc.* 12.
A. Et factum eſt
magnum in cœ-
aël & Angeli ejus
ıtur cum dracó-
ıia. *Apoc.* 12.
D. Et draco pu-

cum. Iſ. 14.
lit Dóminus brá-
ı impiórum, * cœ-
ópulos in indi-
, plagâ inſaná-

entem in furóre
* perſequentem
.
iévit & síluit om-
* gavíſa eſt, &
.
ıs ſubter te con-
eſt in occurſum
tui; * *detracta*

eſt ad inferos ſupérbia tua.

Quómodò cecidiſti de cœlo, Lúcifer, qui manè oriebáris; * corruiſti in terram, qui vulnerábas gentes?

Qui dicébas in corde tuo: * Conſcendam in cœlum; ſuper aſtra Dei exaltábo sólium meum!

Aſcendam ſuper altitúdinem núbium, * símilis ero Altíſſimo!

Verúmtamen ad infernum detráheris, * in profundum laci.

Numquid iſte eſt qui conturbávit terram, * qui concuſſit gentes?

Tu terram tuam diſperdidiſti; * tu pópulum tuum occidiſti.

Glória Patri.

Ant. Et draco pugnábat & angeli ejus, & non valuérunt, neque locus inventus eſt eórum ámpliùs in cœlo; allelúia. *Apoc.* 12.

Ant. 6. F. Péperit múlier filium qui rectúrus erat omnes gentes, & raptus eſt filius ejus ad Deum & ad thronum ejus; allelúia. *Apoc.* 12.

Capitulum. Jud. 1.

CUm Míchaël Archangelus cum diábolo altercarétur, non eſt auſus judícium inferre blaſphémiæ; ſed dixit: Imperet tibi Dóminus!

Hymnus.

PATRIS æterni coæva,
Chriſte, proles; glóriâ
Patris æterni potíre,
Et rebelles dæmonas
Mitte fulmináre; vana
Rumpet auſa Míchaël.

IMPII vix audit inſons
Sátanæ convícia,
Quis Deo par regnat, inquit?
Quis Dei par Filio?
Nempè quis tu? quæ tuórum
Tela contra fúlmina!

PLAUDIS aſpectu benigno
Michaélis vócibus;
Angelos tunc obſequentes
Milites dux cónvocat;
Armat illos gratitúdo,
Et præit victória.

QUÆ ſacri belli perícla,
Quæ vices, quæ vúlnera
A bonis inflicta pravis,
Tu, Joannes, dícito;
Exulat mors indè; pejus
Morte peccátum furit.

ÆQUITAS tandem triumphat;
Et Deo qui mílitant,
Hóſtibus pulſis, Hoſanna
Voce lætâ cóncinunt.
Victa pars adácta frendet
Sub profunda Tártara.

Nos Deo Deíque Verbo,
Flaminíque súbditos
Dæmonum contra furórem,
Contuére, Míchaël;
Dexter & nobis adeſto,
Tetra cùm mors írruet.
Amen.

℣. Levávi óculos me
in montes, ℟. Undè ve
niet auxílium mihi. P
120.

Ad Benedict. *Ant.* 5.
Angelus ſtetit ante altá
habens thuríbulum
reum; & data ſunt ei i
cenſa multa; & aſcen
fumus incensórum de o
tiónibus Sanctórum, de m
nu Angeli, coram De
allelúia. *Apoc.* 8.

Oratio.

DEus, qui beátum Mi
chaélem Archáng
lum novi & antiqui p
puli tui príncipem ac d
fensórem conſtituiſti; d
quæſumus, ut ipſo no
opitulante, contra glóri
tuæ & noſtræ ſalútis ho
ſtes, nunc & in hora mor
tis noſtræ prævaleámus
Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Appáruit.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Ecce draco
magnus.

Capitulum. Dan. 7.

BEſtia erat diſsímilis
valdè ab ómnibus, &
terríbilis nimis. Dentes &
ungues ejus férrei; come
débat & comminuébat, &
réliqua pédibus ſuis con
culcábat.

℟. *br.* Réſpice, Dómi
ne, de cœlo, & víſita
víneam iſtam: * Allel.
allel. ℟. Reſpice. ℣. Pérfice
cam quam plantávit dé

* Allelúia, allel.
:. Réſpice.
terminávit eam
ylvâ, ℟. Et ſin-
rus depaſtus eſt
74.

E X T A M.

'. A. Et factum
ım.

ılum. Dan. 7.
:bam, & vidi quó-
interfecta eſſet
c periiſſet corpus
tráditum eſſet ad
ıdum igni.
Ne tradas béſtiis
confitentes tibi:
lel. ℟. Ne tradas.
e, Dómine, in te-
m tuum. * Alle-
:lúia. Glória. ℟.
s.
:mor eſto impro-
ı tuórum, ℟. Eó-
ab inſipiente ſunt
Pſ. 73.

N O N A M.

5. F. Péperit mú-

ulum. Dan. 7.
ıóminis veniébat,
ıue ad Antíquum
›ervénit; & dedit
ſtátem & honó-
regnum: omnes
& tribus, & lin-
ſérvient.
ıt manus tua, Dó-
ſuper Virum déx-
.: *Allelúia, allel.
℣. *Et ſuper Fílium*

hóminis quem confirmaſti tibi. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Fiat.

℣. Et non diſcédimus à te, vivificábis nos, ℟. Et nomen tuum invocábimus. *Pſ.* 79.

AD II. VESPERAS.

Antiph. de Laudibus.

Capitulum. Abd. 1.

Upérbia cordis tui éxtulit te, qui dicis in corde tuo, Quis détrahet me in terram? ſi exaltátus fúeris ut áquila, & ſi inter sídera posúeris nidum tuum, indè détraham te, dicit Dóminus.

Hymnus, Patris æterni, *ut in Laudibus.*

℣. Illúmina óculos meos, Dómine, ne unquam obdórmiam in morte; ℟. Ne quando dicat inimícus meus: Præválui adversùs eum. *Pſ.* 12.

Ad Magníf. *Ant.* 1. J. Audívi vocem quaſi tubæ magnæ, & ſicut vocem tonitruórum magnórum dicéntium: Allelúia: quóniam regnávit Dóminus Deus noſter omnípotens; allelúia. *Apoc.* 19.

Oratio, ut ad Laudes.

Commem. ſeq. Ant. Sápiens. ℣. Beátus, *p.* xx. *Oratio*, Excita, *p.* xxiij.

Deindè S. Nicolai. Ant. Ipſum. ℣. Elégit, *p.* xiv. *Oratio*, *ut infrà ad Laudes.*

Die IX.

In Feſto SANCTI GREGORII NAZIANZENI, Conſtantinopolitani Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Doctorum, p. xix. *exceptis quæ ſequuntur. Oratio*, Excita, *pag.* xxiij.

Lectio ij.

GRegórius, ob ſingulárem divinárum litterárum ſciéntiam Theólogus appellátus, Arianzi in Cappadócia ſecunda natus eſt Gregório patre, qui Nazianzénæ Eccléſiæ Epíſcopus fuit, & Nonnâ matre, quæ nondùm in lucem éditum Deo conſecrávit. Adoleſcens Cæſaréam primùm, deindè Alexandríam, hinc Athénas, diſcendi ſtúdio perrexit; ubi amicítiam íniit cum Basílio, & ab Atheniénſibus eloquéntiæ profeſſor eſt deſignátus. In pátriam reverſus, anno ætátis trigéſimo baptizátus eſt. Tum Présbyter à patre, invítus licèt, creátus eſt: mox, ne ab eódem Epíſcopus conſecrarétur, fugit in Ponti ſolitúdinem, ubi cum Basílio monáſticæ vitæ inſtitúta cóndidit. Imperante Juliáno, Nazianzum venit, ubi

patrem nonagenár
deceptus ab Ariáni
ſióni Ariminenſi
ſerat, adduxit ut
tiónem revocáret;
mónachis & magn
parti quæ ab ipſo
rat, reconciliávit.
rum Eccléſiæ à Bas
fectus, ne cauſa
sídii Basílium inte
thimum Tyanenſ
ſcopum de Saſimó
pido, Epiſcopátu
poſtquàm aliquá
noſocomío ægrót
ſtraſſet, Naziar
auxílium patris e
tióne venit ut,
functo, recéder
ſtantinópolim ac
randam hujus civi
cléſiam miſſus, A
Apollinariſtas
vit: multíſque a
revocátis, lapídit
dem Trinitátis a
orat pro perſecu
&, ut ſeditióſus, t
judícium, ſed abs

Lectio iij

TAntis perfun
bóribus G
Petrus Alexandrí
ſtantinopolitanór
ſcopum per epíſt
tuit: at pauló póſ
consílio, ad ea
Máximum Cynic
ro & plebe repug
evexit. Convocát
Conſtantinopolit
nodo, Máximus

; verò confirmá-
â Melétii Antio-
ite adventum Ti-
exandríni & Epi-
. Ægypti, alio-
x Macedónia: qui
ſent negaréntque
a conſenſum Con-
oli dari Epíſco-
iſſe, Gregórius in
, ſtúdio pacis ſe
, dixit: Si vobis
lo diſsídii cauſa
nam Prophétam
gritáte non súpe-
cite me in mare,
iúltuum procellæ
cent. Poſt hæc à
iſcédens, cùm Ne-
ſubſtitútus eſſet,
a ſe recépit: undè
n profectus, in
Basílii nuper de-
orationem fúne-
buit. Dehìnc ur-
zianzum Præſule
aliquándiù admi-
, eíque Eccléſiæ
ſi expurgátæ præ-
n curávit Eulá-
is deindè ſeceſſit,
achi vitam agens,
ias carnis tenta-
oratiónibus, jejú-
vigíliis ſuperávit.
, Theodóſio impe-
eceſſit; multis ſu-
os & energúmenos
, dùm víveret, mi-

AUD. *Pro Comm.*
lai. Ant. Sacerdó-
Véritas, *p.* xvij.

Oratio.

DEus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decoraſti miráculis, tríbue, quæſumus, ut qui hódie Reliquiárum ejus tranſlatiónem recólimus, ejus apud te patrocíniis adjuvémur; Per Dóminum.

AD VESP. *A Capitulo de S. Franciſco de Paula, ut in Communi Juſtorum,* pag. xxxv. *Oratio,* Deus, humílium. *infrà, ad Laudes.*

Commemor. S. Gregorii, Ant. Qui docti. ℣. Ignítum. *p.* xxiv. *Orat.* Excita, *p.* xxiij. *in Communi Doct.*

DIE X.

In Feſto
SANCTI FRANCISCI
de Paula, Inſtitutoris
Ordinis Minimorum.

Semiduplex.

Omnia de Communi Juſtorum, p. xxxv. *exceptis quæ ſequuntur. Oratio,* Deus, humílium. *infrà, ad Laudes.*

Lectio ij.

FRanciſcus, Paulæ in Calábria, Jacóbo Martotillâ patre, matre Viennâ Fuſcaldâ natus, ab his in téneris annis in pietáte chriſtiána inſtitútus eſt. Ut votum ſólverent parentes, quo eum Deo ſpopónderant, in cœnóbio ſancti Franciſci civitátis ſancti Marci trédecim annos natum obtulére. Anno ibi exacto, nullâque profeſſióne emiſsâ, Spíritu Dei actus,

ſeceſſit in erémum, ubi ſex annos commorátus, victu quidem áſperam, ſed cœléſtium meditatióne ſuávem vitam duxit. Reverſus in pátriam, Eccléſiam juxta Paulam ædificávit, illicque prima ſui Ordinis jecit fundamenta; confluéntibus ad eum diſcípulis quos, præ humilitáte quam ſummópere colébat, Mínimos vóluit appellári. Singulári loquendi ac ſuadendi & apud príncipes grátiâ præditus fuit: quæ eò mirabílior éxtitit, quòd húmili loco natus nullam lítteris óperam déderat. Labóris, vigiliárum atque inédiæ penè ultra fidem pátiens, ſemel tantùm in die, ídque ad ſolis occáſum, reficiebátur; & ad panem & aquam vix áliquid quadrageſimális obſónii adhibébat: quam conſuetúdinem ut fratres & ſorores Ordinis ſui toto anni témpore retinérent, quarto eos voto adſtrinxit. Multis miráculis ſervi ſui ſanctitátem Deus teſtátam vóluit: quorum in primis illud refertur, quòd à nautis rejectus, Meſsánæ fretum, ſtrato ſuper flúctibus pállio, cum sócio tranſmíſerit.

Lectio iij.

A Ludovíco undécimo Francórum rege, propter miraculórum famam, expetítus, jubente Sixto quarto, ad eum lit. Petenti ut ſib Deum précibus duceréτur; reges teros hómines m tos ſine fuco & ne reſpondit, æterna cogitáret nec minùs ipſi gr qui virtútem ſan nis, ut vocábat tus, ei Pleſsíaci bus monaſtérium Summo in prétio buérunt Cárolus & Ludovícus duo qui eum in diffi regni negótiis conſuluére. In ex nectúte nihil rem ſterióris vitæ la quibus confectu quintâ in Cœna ſacro præmunítu ac poſtrídie aud ſibi prælegi optáv mini noſtri Jeſ Paſſióne, quâ h ſtus ánimam pro ſuit, eâdem & i Salvatóri réddidi tátis círciter non ſalútis milléſimo téſimo ſéptimo. pus dies úndecim tum ita incorrup manſit, ut ſuáv odórem efflárct. eſt Pleſsíaci in T eúmque miráculi Leo décimus poſt annos Sanct bo inſéruit.

atio.
nilium celſitú-
beátum Fran-
tórum tuórum
naſti; tríbue,
t, ejus méritis
:, promiſſa hu-
emia felíciter
r; Per Dómi-
n Jeſum Chri-

XII.
EREI
IORUM,
yrum,
emoratio.
D VESP. *Ant.*
. Multæ. *Orat.*

tio iij.
â Sanctórum
Achíllei, qui
exeunte paſſi
liam cùm pro-
nctus Gregó-
, ait illos flo-
mundum deſ-
is calcaviſſe,
arentem mul-
t. Cubiculárii
ıntur Fláviæ
quæ ipſa Do-
is erat, & Flá-
is viri Conſu-
Hæc Póntiam
quam à Do-
egáta fúerat,
bilitávit: ver-
cti Hierónymi
ſcribentis. Tri-
artyribus quar-
it Romána Ec-
ntis *tamen an-*
it. Pars Verna.

nis recentiórem, Pancrátium nómine, cujus Basílicam máximo fidélium concurſu ac fervóre frequentátam idem teſtátur ſanctus Gregórius in Homíliâ ibì hábitâ.

Oratio.

SEmper nos, Dómine, ſanctórum Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei, Domitillæ, & Pancrátii, fóveat, quæſumus, beáta ſolémnitas, & tuo dignos reddat obſéquio; Per.

DIE XIII.

SS. GORDIANI ET EPIMACHI, Martyrum,

Commemoratio.

Pridiè AD VESP. *Ant.* Cùm vos. ℣. Multæ. *Orat. ut infrà.*

Lectio iij.

JAm Gallis innotúerant, imperante Cárolo Magno, Gordiánus & Epímachus; eorúmque Ecclésiam dénuò conſtruxit Adriánus primus, ſummus Póntifex, anno ſeptingentéſimo ſeptuagéſimo quarto. Prior à Januário preſbytero, quem ut Judex interrogábat, ad Chriſtum converſus, à Clementiáno Juliáni Apóſtatæ miniſtro flagellátus, & obtruncátus, eâdem in crypta ſepultus eſt, in quâ ſancti Epímachi Corpus ab Alexándriâ Romam tranſlá-

tum, quieſcébat. Is verò in perſecutióne Décii, úngulis férreis lacerátus, & calce ardenti, cum álio Chriſtiáno, cui nomen Alexander, combuſtus fúerat: idémque créditur, cujus conſtántiam laudat ſanctus Dionyſius Alexandrínus apud Euſébium.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, intercedéntibus ſanctis Martyribus tuis Gordiáno & Epímacho, perpétuam in tuâ fide, ſpe & caritáte conſtántiam; Per Dóminum.

Die XIV.

Feſtum Ordinationis SANCTI ELIGII, Noviomenſis Epiſcopi.

Semiduplex.

Omnia de Comm. SS. Pontif. exceptis ſequentibus.

Ex beáto Audoéno, Epíſcopo.

In vita S. Eligii, libr. 2. *cap.* 1. *&* 2.

Lectio iv.

ELegérunt viri religióſi ex mérito ſanctitátis, cunctis bonis opéribus præditum, ad Sacerdotále Officium, ſanctum Elígium, ut præſſet Ecclésiæ Noviomenſi. Decéſſerat enim in ipſo anni círculo Achárius præfátæ urbis Antiſtes. Elegérunt autem cum eo & Audoénum ſodálem ejus, qui vocabátur Dado, ut præeſſet Ecclésiæ Ro-

tomagenſi. Erat
quo apud Gállias
nes à cuncto póp
brabantur. Con
ígitur ſimul in
Rotomagenſem
décimo menſis t
tio anno Clodov
culi adhuc Regis
mínico ante Litár
catervas populóru
ágmina Clericóru
choros pſalléntiu
cráti ſumus ab
páriter Epíſcopi:
domo: ille verò N
Sic ergò Epiſcop
cepto, ſedem ſuar
qualem ſe demùr
túmque ſe præſtít
dignè váleat expli
quis cuncta ejus b
decet, queat próſ
dem quippè cordi
rat humílitas, &
ad tempus videnti
li, indè is ámpliù
humiliári. Semper
quio paúperum, i
tia peregrinórum
ſus perdurábat; atq
impendébat obſéq
niſi quis fundátam
ſto habéret ment
cul dúbio deſpéctu
tália vel æquálibu
re, quália is júgit
cabílibus exhibéb
que omni Epiſcop
pâ poſtpóſitâ, po
ágmine contempt
lántium obſéquiis
paúperum ſemper

delectabátur con-

ʃancti Auguſtíni, Epíſcopi.

340. *aliàs* 39.
rdinatione ſuâ.
Lectio iij.

r quidem me, ex ıúmeris meis iſta, iffícilis rátio réd- rcina impóſita eſt, mei cura ſollícitat. ımen multò ám- 'úſmodi conſidera- ɔmóveor, quandò árius ejus dies me- príſtinam réno- ıs, ità mihi eam te óculos, ut quod à ſuſcépi, ſic té- quaſi hódiè ſuſce- ːcédam. Quid au- reformidátur in niſi ne plus nos quod periculóſum ·nóre, quàm quod ùm eſt in veſtrâ ſa- |uver ígitur oratió- ſtris, ut ſuam sárci- ːum ferre dignétur .Cùm orátis, étiam .s orátis. Hæc enim ːina, de quâ nunc quid áliud, quàm ı? Oráte mihi ve- : oro, ut non ſi- 'es. Nàm Dómi- ıs sárcinam levem ːret, niſi cum por- ɔrtáret. Sed & vos : me, ut, ſecundùm um Apoſtólicum, *ónera noſtra por-*
?uint. Pars Verna.

témus, & ſic adimpleámus legem Chriſti. Qui nobiſcum ſi non portat, ſuccúmbimus. Si nos non portat, occúmbimus. Ubì me terret quòd vobis ſum, ibì me conſolátur quòd vobiſcum ſum. Vobis enim ſum Epíſcopus, vobiſcum ſum Chriſtiánus. Illud eſt nomen ſuſcepti offícii, hoc grátiæ; illud perículi eſt, hoc ſalútis. Dénique tanquàm in mari magno illius actiónis tempeſtáte jactámur. Sed recolentes cujus ſánguine redempti fuérimus, velut portum ſecuritátis tranquillitáte hujus cogitatiónis intrámus.

Oratio.

DEus, qui beátum Elígium Eccléſiæ noſtræ præfícere dignátus es; illius méritis & interceſſióne, concéde, ut qui ejus Ordinatiónem recólimus, óvium manſuetúdinem induentes, ad æternum animárum noſtrárum Epíſcopum perveníre mereámur; Qui tecum vivit & regnat.

Die XIX.

Adventus Reliquiarum SS. FIRMINI, Victorici, Fuſciani & aliorum, In Eccleſiam S. Quintini.

Semiduplex.

Omnia de Comm. SS. Mart. exceptis quæ ſeq.

Pridiè Ad Vesp. *Commem. S. Yvonis*, Presbyt.

Ant. Ab ortu. ℣. Iſrael. *pag.* xxv. *Oratio*, Deus, qui beátum, *ut infrà*.

Pro Commem. SS. Pudentianæ & Praxedis, Virg.

Ant. Quæ elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo meâ locum: allelúia. *Iſ.* 56.

℣. Afferentur Regi Vírgines, ℞. In lætítiâ & exultatióne. *Pſ.* 44.

Oratio. Præſta, *ut infrà*.

Lectio ij.

QUod áliàs cum ſancto Ambróſio dícimus; Exultant ſingulárum úrbium pópuli, ſi uníus ſaltem MártyrisRelíquiis muniantur: ecce nos Mártyrum pópulos poſſidémus: hodierno illud Mártyrum ſex, triúmque Confeſſórum in Eccléſiam noſtram ingreſſu comprobátur. Vix enim è choro ſancti Quintíni ad ſedem Ambianenſem evectus eſt Otgérus, vergente ad finem ſéculo nono, cùm filiálem Altríci Matríque ſuæ Eccléſiæ gratitúdinem ſignáre volens, divítias ſpirituáles, quibus benè multis ſponſa ſua præpollébat, nobis elargíri properávit. Apertis itaquè Sanctórum Fuſciáni, Victoríci, Gentiáni, Firmíni, Achii, & Achéoli Mártyrum, Firmíni altérius, Honoratíque Pontíficum, Abbá-

tis étiam Valéric mentis, horum pígnora quædam légit, & tranſmi lò curávit. Nond ctæ pénitùs eran à Normannis in l licam injectæ: c gò Sanctórum au acerbos noſtróru lenibat Otgérus novórum tot Pa ſubsídium conſo que nobis procu

De Sancto]

Lectio ii

YVo, in diœc renſi nobílit tibus natus, Lut reliánis óperam dit. Judex Eccleſ Archidiácono R primùm, tùm à píſcopis Trecor conſtitútus. Fui níus paróchiæ octo, & altériu decem. Cùm verſarétur, c nibus & à vino quod póſteà ſen vávit, ſæpiùs contentus. Sing peres, víduas & affectu enítuit. verbi Dei præd cávit aſsíduè. erat dicendi vis ritus ſanctus lo ba ſuggérere Miráculis claru vit in Dómino tis circiter qui

poſt annos viginti ſep-
à Clemente ſexto, in-
te Philippo Valéſio,
ſanctos ſolémniter eſt
tus. ¶ Pudentiána &
edes, ſoror ejus, filiæ,
ráditur, ſancti Pudentis
atóris, témpore Pii Pa-
rimi, & Antoníni Im-
atóris, circa médium
ndi ſéculi ſanctitáte
uérunt. Sanctæ Praxédis
us Romæ celebérrimus
& antiquíſſimus; atque
ub ejus invocatióne de-
ta eſt ſub finem ſéculi
nti Baſílica, quam ædifi-
it de novo ſanctus Cá-
us hujus tituli Présby-
Cardinális & Archiepí-
pus Mediolanenſis.

Ad Laudes, *Pro SS. artyribus.*

Oratio.

Deus, qui glorióſi Már-
tyris tui Quintíni Ec-
ſiam, ſacris Sanctórum
míni, Victoríci, & alió-
Mártyrum & Con-
órum Relíquiis hodier-
die locupletaſti; præſta,
æſumus, eórum méritis,
pópulus tuus in eâ tibi
viens, & à peccátis li-
étur, & virtútibus di-
at; Per Dóminum.

Pro Comm. S. Yvonis.
t. Euge. ℣. Voluntárie,
g. xxvij.

Oratio.

Deus, qui beátum Y-
vónem Sacerdótem
um, flagranti caritáte
replevíſti; ejus nobis in-
terceſſióne tribue, ut amóri
tuo nihil præponámus; Per.

Pro Commem. SS. Virginum. Ant. Dabo eis nomen mélius à fíliis & filiábus: nomen ſempitérnum dabo eis: allelúia. *Iſ. 56.*

℣. Exultavérunt fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Pſ. 96.*

Oratio.

Præſta, quæſumus, Dómine, méntibus noſtris cum exultatióne proventum; ut ſanctárum Pudentiánæ & Praxédis Vírginum, quarum feſtivitátem ánnuâ devotióne cólimus, fídei conſtántiam ſubſequámur; Per Dóminum.

Die XXIII.

Sancti Desiderii, Lingonenſis Epiſcopi & Martyris,

Commemoratio.

Ut in Communi unius Martyris, pag. j. *Orat.* Fac nos, *pag.* vj.

Lectio iij.

Quo témpore Bárbari ab extréma Germánia profecti, traducto Rheno per Gállias hoſtíliter graſſabantur, ſedébat Língonis Deſidérius Epíſcopus. Illi, váriis provínciis igne ferróque vaſtátis, Língonas obſedérunt. Cùm vidéret ſanctus Præſul urbem premi, & Bárbaros extréma quæque tectis ac civi-

bus minitári, aſſumptis ſécum Cleri & pópuli primóribus, ex urbe egréditur, hoſtílis exércitûs ducem pro ſuis ſupplex rogatúrus. Bárbarus venerandi ſenis nec dignitáte motus, nec précibus, eum extemplò cum sóciis trucidári jubet. Deſidérius autem pro créditis ſibi óvibus ultrò caput objíciens, migrávit ad Chriſtum. Percuſſo Paſtóre, urbs igni trádita eſt, & cives partìm juguláti ſunt, partìm diſperſi, fugâ ſalútem quæſiérunt. Sancti Mártyris corpus viri relióſi curârunt, & in lóculo compóſitum lapídeo in crypta ſubterránea condidérunt. Cryptæ ſuperpóſita erat Eccléſia olìm beátæ Maríæ Magdalénes, nunc verò ſancti Deſidérii nómine inſignis: ibi reliquiárum ejus magna pars cuſtodítur, & magnâ fidélis pópuli frequéntiâ cólitur.

Die XXV.

SANCTI URBANI, Papæ & Martyris,

Commemoratio.

De Comm. unius Mart. p. j. *Or.* Omnípotens, *p.* vj.

Lectio iij.

URbánus, hujus nóminis primus, poſt Calixti mortem, anno Chriſti ducentéſimo vigéſimo tértio, Románus Póntifex electus eſt, imperante Alexandro Sevéro qui Cl favébat, Eccléſia quillâ pace tunc fruentem, guber ctiſſimè per ſepter & ſucceſsórem hál tiánum. Viâ Appiâ eſt in Prætextáti rio, quod ídeò quàm inſignítum ſúúſmet Urbáni nó tat ejus nomen in ſimis Calendáriis rológiis, & in codí quot vetéribus S tárii Gregoriáni. Romæ jamprídem invocatióne Basíl nímiâ vetuſtáte p bentem Urbánus távus reſtaurávi ritu Románæ Ec litur ut Martyr.

Die XXV

SANCTI GER Epiſcopi Pariſ

Commemor

Ut in Commu ficum, p. xiij. quæſumus, *pag.*

Lectio ii

GErmánus ap natus, Prés mum, & monaſt Symphoriáni Æd bas, morum ſan Epiſcopátum Par cléſiæ aſſumptus ídeò remíſit de v ritáte quam in n égerat. Mira er paúperes, máxim

aptivóſque redi- beneficéntia, & rto regi tam pro- ex régio ærário argitiónes ingen- :cúniam ſubmini- :aribertum, unum régibus, qui uxó- :m dúxerat, ſacris :. Sigebertum per ι cæde Chilperíci eterrére conátus eſt, ſuíſque mónitis relu- ctantem brevì moritúrum prædixit. In Synodo Bi- turicenſi plúrimos Judæos Christo lucrátus eſt. Sedit in Concílio Pariſienſi tér- tio & quarto, & Turonenſi ſecundo. Aliquot ante trán- ſitum diébus hæc verba: Quinto Calendas Júnias, ad lectum ſuum ſcribi vó- luit, quâ die óbiit.

FESTA JUNII.

ιe II.

In Feſto

OTHINI, ιnenſis Epiſcopi, NDINÆ, ;, & aliorum Lugdunenſium ⁄Iartyrum.

emiduplex.

: *de Communi plu- rtyrum*, pag. viij. |*uæ ſequuntur*.

ESPER. *Fit Com- :o SS. Marcel- sbyteri, & Petri :, Martyrum. Ant.* . Salus juſtórum. :oncéde, *pag.* xj.

ATUTINUM.

tola Eccleſiárum ιſis & Lugdunen- Ecclésias Aſiæ · Phrygiæ.

:*iſt. Eccl. l.* 5. *c.* 1.

Lectio ij.

:imus Pothínus, *ſiæ Lugdunenſis E-* píſcopus nonagenário ma- jor, ob córporis infirmitá- tem vix ſpíritum trahens, ſed præ cupiditáte marty- rii mirâ alacritáte ánimi fir- mátus, ad tribúnal trahe- bátur. Quò perlátus, proſe- quéntibus ipſum magiſtrá- tibus civitátis, & universâ plebe váriis eum clamóri- bus impetente, tanquàm ipſe Chriſtus eſſet, egré- gium édidit teſtimónium. Interrogátus à Præſide quiſ- nam eſſet Chriſtianórum Deus, reſpondit: Si dignus fúeris, cognoſces. Poſt hæc inhumáne raptátus, & in- númeris plagis affectus eſt; cùm ii quidem qui própiùs aſtábant, cálcibus & pu- gnis illum contumelióſè appéterent; qui verò lón- giùs diſtábant, quidquid ad manum erat, in ipſum conjícerent; omnes déni- que graviſſimi piáculi reos ſe exiſtimárent, niſi pro ſua

quiſque parte ei petulanter inſultárent: quippè qui hoc modo injúriam deórum ſuórum ultúros ſe arbitrabantur. Exindè vix adhuc ſpirans, in cárcerem projectus eſt; tandémque poſt bíduum ánimam exhalávit. Matúrus verò neóphytus, & Sanctus, Diáconus Viennenſis, cum Blandína ancilla & Attalo, ducti ſunt ad béſtias in amphitheátrum. Et Matúrus quidem ac Sanctus conſuéta illîc flagrórum vérbera pertulérunt, & beſtiárum ipſos trahéntium morſus, ipſam poſtrémò férream cáthedram; cui ſuperpóſita Mártyrum membra cùm torrerentur, illórum nares moleſtíſſimus nidor implébat. Hi ergò máximo certámine perfuncti, tandem juguláti ſunt. Blandína autem ad palum ſuſpenſa, béſtiis objecta eſt. Quæ cùm in crucis ſpéciem ſuſpenſa cernerétur, Deóque intentíſſimè ſupplicáret, máximam alacritátem addébat certántibus; quippè qui ſub ſoróris persóna cérnerent illum qui pro ipſis crucifixus eſt. Cúmque nulla tunc béſtia corpus ejus attigiſſet, depóſita ex ſtípite, rursùs in cárcerem conjícitur, in áliud certámen reſerváta.

Lectio iij.

Attalus quoque, cùm per amphitheátrum circumducerétur, dente eum tabellâ latíno ſermóne ſ… erat: Hic eſt Attalu… ſtiánus; Præſes p… civem Románum e… cómperit, redúci i… diam jubet, lítteris a… rem datis de his qu… tenebantur. Ineun… tur ſolemni apud n… cátu, Præſes addú… Mártyres ad tribú… quàm in theatráli… eos pópulis oſtenta… que illos dénuò int… ſet; quicumque ci… máni reperti ſunt truncávit; réliquo… dit béſtiis. Céterùm glória acceſſit Chr… eos qui priùs qui… gáverant, tunc ve… tebantur fidem. Qu… mini ſubjectis, A… natióne Phryx, pr… médicus, plures … nos morátus in Gál… illos ad fidei conf… nútibus hortarétur qui tribúnal circú… tanquàm partúrie… bátur. Inſtans ílli… ſes interrogávit e… eſſet. Qui cùm Chr… ſe eſſe dixiſſet, i… dex eum ad béſtia… vit. Poſtrídiè ígi… cum Attalo ingre… nam & hunc Præſ… íterùm tradíderat ítaque, cùm ómnia tórum génera in

uſtinuiſſent, glá-
iſſi ſunt. Ultimo
pectaculórum die,
rursùs illáta eſt,
Póntico adoleſ-
índecim círciter
ito. Et Pónticus
cuncta ſupplícia
perpeſſus, emíſit
Beáta verò Blan-
t flagra, poſt bé-
t ſartáginem, re-
lúſa, tauro objecta
o diu in altum ja-
ndem & ipſa in-
mæ juguláta eſt.
âc ipsâ die, Dio-
& Maximiáno in
os ſæviéntibus,
ſti fide cápite trun-
, Marcellínus Ec-
mánæ Présbyter,
Exorciſta, quo-
des célebrat in
à ſe ſcripto ſan-
maſus Papa, &
nómina in altá-
ſício commemo-

Oratio.

qui in córdibus
tyrum tuórum
& Sociórum flam-
æ dilectiónis ac-
, ut mundi nec
, nec terróribus
ur; da nobis eum-
caritátis affectum,
um poſſidére cu-
te unum amíttere
s, ómnia mundi
& adverſa æquá-
iciámus; Per.

Pro Commemoratione SS. Marcellini & Petri, Mart. Ant. Ecce. ℣. Exultent, *pag.* xiij. *Oratio.* Concéde, *pag.* xj.

Ad Vesp. *ſit à Capitulo de ſequenti.*

DIE III.

In Feſto

S. CLOTILDIS,

Reginæ Francorum, & Viduæ.

Semiduplex.

Omnia de Communi SS. Mulierum, p. xlvij. *exceptis quæ ſequuntur.*

Oratio. Réſpice, *infrà.*

Ad Vesp. *pro Commemoratione SS. Pothini & Sociorum. Ant.* Ecce. ℣. Exultent, *p.* xiij. *Orat.* Deus. *ut ſuprà.*

AD MATUTINUM.

Lectio ij.

Clotildis, Chilperíci regis fília, paréntibus à pátruo Gundobaldo Burgundiónum Rege necátis, Clodovéo adhuc éthnico, ab ipſo Gundobaldo in cónjugem trádita eſt. Quæ, cùm primogénitum peperiſſet, eum, tolerante magìs quàm approbante Clodovéo, baptizári juſſit. Cùm autem infantis, cui nomen impóſitum fúerat Ingoméres, in albis defuncti mortem ægrè ferret Clodovéus, ac baptiſmo imputáret, gráviter Clotildem objurgávit; áſſerens deos pátrios ob contem-

ptum Núminis ſui irátos, ſibi fílium eripuiſſe. At illa: Deo, inquit, omnipoténti, creatóri ómnium, grátias ago, qui me non uſquequáque judicávit indignam, ut de útero meo génitum regno ſuó dignarétur aſcíre. Alterum fílium Regína cùm genuiſſet, hunc quoque baptizári vóluit; & appellátus eſt Clodoméres. Qui cùm ægrotáre cœpiſſet, affirmante Rege fore ut idem ei quod fratri contíngeret; matris précibus convaluit.

Lectio iij.

AT Regína non ceſſábat hortári virum ut, abjectâ idololatríâ, Deum verum cóleret. Sed ille ſuperſtitióni Francórum adhæſit; donec in expeditióne Alamánnica, inclinátam cernens ſuórum áciem, monitórum cónjugis memor, auxílio Chriſti imploráto, de hóſtibus triumphávit. Cui apud Remos læta uxor occurrens, ubi órdinem rei geſtæ cognóvit, advocávit ſanctum Remígium, à quo Clodovéus, jam fidem à beáto Vedaſto edoctus, baptizátus eſt, & chríſmate ſacro inunctus. Poſt mortem Clodovéi, Turónos ádiit Clotildis: ibíque ad ſepulcrum ſancti Martíni ſummâ pietáte réliquum vitæ exégit; pernox in vigíliis, eleemóſynis aliíſque piis opéribus intenta, magnífica erga Eccléſias & monaſtéria. Clodoméris in bello Burgúndico occíſi fílios, nepótes ſuos, Theodovaldum, Guntárium, & Clodoaldum educávit. Tandem, plena diérum, Turónis migrávit ad Dóminum; & Paríſios inter pſallentium choros tranſláta, ſepulta eſt à filiis Childeberto & Clotário Régibus, ad latus Clodovéi, in ſacrário Baſílicæ ſancti Petri, ubi corpus ſanctæ Genovéfæ quieſcit.

Oratio.

REſpice, quæſumus, Dómine, ad Francórum benignus impérium; &, quibus per devótam ſanctæ Clotildis inſtántiam donum fídei contuliſti, iiſdem, per ejus interceſſiónem, tríbue ſincérum Chriſtiánæ pietátis affectum; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

DIE IV.

SANCTI LIPHARDI, Abbatis,

Commemoratio.

Pridiè Ad Vesperas.

Ant. Egrédere. ℣. Potens, *p.* xxx. *Oratio.* Da nobis, *pag.* xxxiij.

Lectio iij.

LIphardus Aurelianenſis, juris perítiam adeptus, Patroníque munus ſummâ cum laude ad quadragéſi-

n ætátis ſuæ annum
eſſus, in Clerum ex-
ab Epíſcopo ſuo vo-
is, & ad Diaconátum
mótus eſt. Ex erémo
thàc, ubì cum uno
nite Urbicíno, totus
o vacábat, & revocátus
in. Presbyterum con-
rátus, ſolitúdini tamen
e ſe réddidit: & diſ-
ulos ſub ſancti Antónii
gulâ, quæ tunc ſola in
liis vigébat, ad omnem
veræ pietátis obſervatió-
nem informávit. Cursûs
auſtéri bravíum, mediante
ſaltem século ſexto, appre-
hendit. Corpus autem ejus
ineunte duodécimo século
à Radulpho Turonenſi,
Galóne Pariſienſi, & Joan-
ne Aurelianenſi exhumá-
tum, in cryptâ dígniùs
tumulátum eſt.

Ad Laud. *Ant.* Ecce ego. ℣. Veníte. *Oratio.* Da nobis, *pag.* xxxiij.

Die VI. Junii.

IN FESTO

SANCTI CLAUDII,

VESUNTIONENSIS EPISCOPI.

Duplex II. Classis, ſeu Annuale minus.

Omnia de Communi SS. Pontificum, p. xxv. *exceptis ſequuntur.*

D I. VESPERAS.
Pſalmi de Feriâ, in toto cio.

Capitulum. Eccli. 35.

Ui adórat Deum in oblectatióne, ſuſcipié-; & deprecátio illíus ue ad nubes propin-ibit.

℟. Sint lumbi veſtri præ-cti, & lucernæ ardentes in mánibus veſtris: * Et vos símiles homínibus expectántibus Dóminum ſuum quandò revertátur à núptiis. Allelúia, allelúia. ℣. Sápiens cor ſuum tra-det ad vigilandum dilúcu-lò ad Dóminum qui fecit illum. * Et vos. Glória. ℟. Sint lumbi. *Luc.* 12. *Eccli.* 39.

Hymnus.

FAs, ſuâ Chriſtus nece quos ſacrávit,
Et Deo fœtos aperíre libros,
Lex ubi latè data Chriſtiáno
Scríbitur orbi.

HANC tuo firmas, Pater alme, legem
Primus exemplo: grave quidquid illa,
Quidquid auſtérum jubet, obſequendo
Fidus adimples.

SE tibi ſubdent dóciles Magiſtro,
Quotquot urgébit pietátis ardor:
Quàm tuis longè potióra dictis
Facta docébunt!

NON levi chartâ, ſólido nec ære
Lex Dei per te patet exaráta:
In tuo pœnas ſitiente ſcripta
Córpore vivit.

PRÆDICAT Chriſtum tua ſolitúdo;
Prædicat vilis tuus ille victus;
Dura paupertas, labor, hirta veſtis,
Cruxque ſupellex.

CHRISTE, Paſtórum bonus ipſe Paſtor,
Qui greges paſcis próprio cruóre,
Fac ut ætérnæ súbeant opíma
Páſcua vitæ.

Amen.

℣. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? ℟. Et volábo & requieſcam. *Pſ.* 54.

Ad Magníf. Ant. 1. Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portávit in húmeris ſuis; Dóminus ſolus dux ejus fuit; allelúia. *Deut.* 32.

Oratio, infrà ad Laud.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

QUID petis cæcos némorum receſſus?
Quò fugis, Claudi, modò qui futúrus
Ordinis ſacri caput? Ipſa prodet
Te tua virtus.

ARCE ne præceps ruat altióre,
Cautus abſcondi meditátur antro:
Sed ſacerdótum populíque fletus
Vótaque vincunt.

VIX tamen cedit malè victus: ægrè
Præbet aſſenſum; lácrymæ decóræ,
Ipſa quas fudit, ſibi dum timéret,
Pródita virtus!

AULA nunc illi nova ſolitúdo:
Sit ſui ſemper memor ut receſsûs,
Præſulum pompæ ſociáre dulcem
Certat erémum.

Sola crux totum decus & voluptas;
mper, ut fas eſt, velut antè menſa;
uin opes inter magis affluentes
Splendet egeſtas.

An tibi parcus cúmulas theſauros?
Ill tibi ſervas: pretióſa quæque
uperum ſacros, repetente Chriſto,
Tradis in uſus.

Christe, Paſtórum bonus ipſe Paſtor,
ui greges paſcis próprio cruóre,
c ut æternæ súbeant opíma
Páſcua vitæ.

Amen.

Lectio ij.

Laúdius, Veſuntionenſis Epíſcopus, ſubſcriit Concílio Epaonenſi, an Chriſti quingentéſimo cimo séptimo, & Concío Lugdunenſi, anno ſeuenti; in quibus multa rca diſciplínam Ecclealticam egrégiè ſancíta int. Cùm ſedem per anos ſeptem ſummâ cum ude tenuiſſet, abdicáto piſcopátu, ad Jurenſe moaſtérium ſe cóntulit, ubì onáſtici inſtitúti régum amplexus eſt. Injurióſo líus cœnóbii ſanctíſſimo bbáte vitâ functo, ómium votis expetítus, in jus locum ſuffectus eſt. Huic monaſtério per annos quinquaginta deinceps præfuiſſe tráditur. Dénique, longa vitæ ſpátia emenſus, & méritis plenus, ábiit ad Dóminum, anno Chriſti quingentéſimo octogéſimo primo. Corpus ejus in Jurenſi monaſtério ſepultum eſt, & uſque nunc incorruptum & íntegrum ſervátur eódem in monaſtério, quod ob ejus ſanctitátis celebritátem à ſéculis áliquot ſancti Claúdii nomen óbtinet, & anno milléſimo ſeptingentéſimo quadragéſimo primo, Epiſcopáli ſede decorátum eſt.

Lectio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 24.

In illo témpore; Dixit Jeſus Diſcípulis ſuis: Vigiláte; quia neſcítis quâ horâ Dóminus veſter ventúrus ſit. Et réliqua.

Homília ſancti Hilárii Epíſcopi.

Comm. in Matth. c. 26.

Ut ignorántiam illam diéi ómnibus tácíti, non ſinè útilis ſiléntii ratióne eſſe, ſcirémus, vigiláre nos Dóminus propter adventum furis ádmonet; & oratiónum aſſiduitáte detentos, ómnibus præceptórum ſuórum opéribus inhærére. Furem enim eſſe oſtendit diábolum ad detrahenda ex nobis ſpólia pervígilem, & corpo-

rum noſtrórum dómibus inſidiantem: ut ea incurióſis nobis & ſomno déditis, conſiliórum ſuórum, atque illecebrárum jáculis perfódiat. Parátos ígitur nos eſſe cónvenit; quia diéi ignorátio intentam ſollicitúdinem ſuſpenſæ mentis exágitat.

AD LAUDES.

Capitulum. Iſ. 32.

ERit vir ſicut qui abſcónditur à vento & celat ſe à tempeſtáte: ſicut rivi aquárum in ſiti, & umbra petræ prominentis in terrâ deſertâ.

Hymnus.

NOn tulit ſummos píetas honóres,
Sed loco quæ te ſtátuit ſuprémo,
Póntifex, virtus tímidum modeſta
Siſtit in imo.

Fleverat, quandò radiante mitrâ
Vidit ornátam rutiláre frontem:
Tanta lux terret; gravióra terrent
Póndera rerum.

Ante qui celſus Cáthedrâ ſedébat,
Se ſuis reddit fúgiens latébris;
Hìc Deo totus, ſtrépitu, vacábit,
Liber ab omni.

Lympha dat pc
cibus eſt legúm
Pro toto molli mal
ctus aſſet,
Pro domo, quæ vi
arcta corpus,
Cella placébit.

Multa ſic terris
rus uni,
Paſſus, æternas, ul
cta puris
Díffluens rivis óti
luptas,
Tranſit ad arces

Summa laus Patri
æqua Nato,
Et tibi compar, ut
vinclum,
Spíritus, præſens
mundo
Corda replére.
Amen.

℣. Elongávi fi
℟. Et manſi in ſol
Pſ. 54.

Ad Benedict. *A*
Ingreſſus domum
tribus tempóribus
flectébat génua ſua
rábat, confitebatú
nam Deo, ſicut ant
conſuéverat: all.

Oratio.

DEus, qui beát
dio Pontífici
ſolitúdinis amóres
raſti; concéde,
mus, ut ſive ſoli
ter hómines, ità
te quærámus, ut
nire mereámur: I
minum.

VESPERAS.
'um. Rom. 7.
:go homo! Quis
rábit de córpore
ıjus? Grátia Dei
n Chriſtum Dó-
ɔſtrum.
s, Fas, ſuâ Chri-
ı I. Veſp.
ıgníf. Ant. 6. F.
us in córpore, pe-
ır à Dómino; au-
tem, & bonam
m habémus ma-
ɪinári à córpore,
tes eſſe ad Dó-
leò conténdimus
lli: allelúia. II.

o, ut ſuprà.
:ommemor. ſeq.
ium. ℣. Elégit,
Oratio, ut infrà
:s.

ɪɛ VII.

[n Feſto

[NORBERTI,
rgenſis Epiſcopi.
miduplex.

de Comm. SS.
exceptis quæ ſe-

Lectio ij.

rtus, Sanctis,
iæ óppido, in
:oloniensi, nóbili
ortus, relictâ Im-
aulâ, in Clerum
eſt. Sacris Diaco-
'resbytérii ordíni-
lie initiátus con-
tra Cánones, (quâ de re vé-
niam póſteà pétiit à Gelá-
ſio ſecundo), verbi Dei præ-
dicatióni totum ſe dedit.
Abdicátis beneficiis eccle-
ſiáſticis quibus abundábat,
& património paupéribus
erogáto, auſteriórem vi-
tam amplexus eſt. Innú-
meros hæréticos ad fidem,
peccatóres ad pœnitén-
tiam, diſſidentes ad con-
córdiam revocávit. Cùm
eſſet Laudúni, à Bartho-
lomæo Epíſcopo rogátus
ne ab ipsíus diœcéſi diſcé-
deret, deſertum in ea lo-
cum qui Præmonſtrátus di-
cebátur, ſibi delégit; un-
dè totus Ordo, quem ibi
ſub régula ſancti Auguſtíni
inſtítuit, nomen accépit.

Lectio iij.

SAcramentáriam & Ada-
míticam Tanchelíni hæ-
reſim Antuérpiæ graſſan-
tem, eò vocátus, profligá-
vit: & qui multò antè oblá-
tum ſibi Cameracenſem E-
piſcopátum recusáverat,
ad Magdeburgenſem Ar-
chiepiſcopátum póſteà ra-
ptus, Eccleſiáſticam diſci-
plínam, præſertímque ſa-
crórum miniſtrórum cœli-
bátum conſtanter propu-
gnávit. Remis in Concílio
Innocéntium ſecundum e-
grégiè adjúvit; & Romam
cum áliis Epíſcopis profe-
ctus, ſchiſma Petri Leónis
compreſſit, Innocéntio ſuæ
ſedi réddito. Exactis in Pon-

tificátu annis ferè octo, ábiit ad Dóminum, anno milléſimo centéſimo trigéſimo quarto; húncque in Sanctórum órdinem rétulit, anno milléſimo quingentéſimo octogéſimo octávo, Gregórius décimus tértius.

Oratio.

QUæſumus, Dómine, cleméntiam tuam, ut, in Feſtivitáte beáti Pontíficis Norberti, des nobis illam ſequi doctrínam, quam & verbo dócuit & ópere complévit; Per Dóminum.

DIE VIII.

In Feſto

SANCTI MEDARDI, Epiſcopi Noviomenſis, & Diœceſis Patroni.

Duplex majus, ſeu III. Claſſis.

Omnia de Comm. SS. Pontif. exceptis quæ ſequuntur.

Lectio ij.

MEdardus apud Salentíacum in pago Viromanduenſi nobílibus paréntibus natus eſt; à quibus piè & diligenter educátus, non dúbia dedit à púero magnæ ſanctitátis, & exímiæ in paúperes caritátis indícia. Miſſus eſt Auguſtam Viromanduórum líttteris inſtituendus, indè

Tornácum perſi
Creſcéntibus cun
méritis & doctrín
byter conſecrátus
manduórum Epiſc
multórum aſſidu
bus victus, regen
cépit; ac ſedem,
Auguſta Viroma
à Vándalis & Hu
ſa eſſet, Novióm
pido munìto c
Interim ſanctus
rius Tornacenſis
pus móritur: poſt
équias, cùm To
Medardum ſibi E
poſtulaſſent, ſa
mígio ceteríſqu
ciæ Epíſcopis
bus, Rege &
ſuâ auctoritáte re
véntibus, utriuſ
ſiæ curam ſuſc
Epiſcopális ſedi
utrique ſerváto
Tornacenſes ab
re uſque ad Sim
annos círciter
non álios quà
menſes Epíſcop
rint. Flandros, g
ferócem, conver
ſtum. Obiit an
quingentéſimo
mo quinto: eú
Clotárius ſumm
nóre apud Sueſſ
líri juſſit, & Ba
ejus túmulum
ficáre, quam Sig
lius ejus & ſucce
vit & ornávit.

ƈi Bernardi
›átis.

in Cantic.
& 10.
io iij.

: vobis, qui-
opus miniſté-
s ſortiti eſtis:
nquam, vobis
depóſito quod
um eſt. Cívitas
: ad cuſtódiam
que: ſponſa
ornátui: oves
lite páſtui. Cu-
itis ut ſit ſuffi-
:ia erit; à vi ty-
à fraude hære-
ı tentatiónibus
Sponſæ verò
bonis opéribus
& ordínibus. At
m commúniter
páſcuis Scriptu-
ıquàm in hære-
ıini. Ad hæc bo-
ıue Paſtóres im-
:cus non ceſſant
que exemplis, &
quàm aliénis.
:nis & non ſuis,
eſt illis, & pe-
n próficit. Nunc
; Paſtor hoc quo-
t, ut ſecundùm
m, inveniátur ha-
ſemetipſo, ſciens
o ſale condítus,
›lacúerit ad grá-
tùm próderit ad

Si ſit Dominica, Lect. iij. erit Evang. & Hom. Dominicæ.

Oratio.

DEus, qui beátum Medardum Pontíficem mirificaſti in terris, & in cœlis ætérnùm glorificas: quæſumus, ut ejus apud te júgiter intercéſſio nos prótegat, quem noſtrum, perpétuâ caritáte, Paſtórem & Patrem eſſe confídimus; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

DIE IX.
SS. PRIMI AC FELICIANI, Martyrum,
Commemoratiò.

Lectio iij.

FLorébat Romæ jam ſexto ſéculo ſanctórum Primi ac Feliciáni Mártyrum cultus, eorúmque officium ad diem hanc in Sacramentário ſancti Gregórii deſcriptum reperítur. Coram ipſis primùm Diocletiáno & Maximiáno torti & invicti, Româ Noméntum, ad acérrimum quemdam perſecutiónis miniſtrum, miſſi ſunt. Is à tortúris ad dolos confúgiens, Primum incárcerat: Feliciánúmque palo alligátum triduánæ fami tradit ſuperandum. Primum deindè accerſit, eíque fratrem, (nam fratres erant,) Imperatórum juſſis

obtemperaſſe comminíſcitur; ſupereſſe, ut ipſe primogéniti ſui exemplum ſequerétur. Fratrem ſequar, ait Primus; ſed ad fidem Chriſti, à quâ illum mihi non defeciſſe ſpondet Dei noſtri miſericórdia. Tunc utrumque váriè rursùs cruciátum, cápite demùm plecti jubet ſua fraude delúſus Judex.

Oratio.

FAc nos, quæſumus, Dómine, ſanctórum Mártyrum tuórum, Primi ac Feliciáni mérita ſemper ac feſta ſectári, quorum ſuffrágiis, protectiónis tuæ dona ſentiámus; Per Dóminum.

Die X.

SANCTI EVREMUNDI, Abbatis,

Commemoratio.

Lectio iij.

IN aulâ Theodorici tértii flóruit, & Chilperíco tértio regnante, anno ſeptingentéſimo vigéſimo, ad cœlum migrávit, Evremundus, Bajocenſis. Uxórem quam ſibi ópibus & virtútibus parem elégerat, ad mundi contemptum fugámque mirâ facilitáte adduxit; illàque in Monaſtérium ſecedente, ipſe in erémo Neúſtriæ quadam, ignótus ómnibus, diu exulávit. Mox extructo propè Cádomum Cœnóbio, (Fonta-

nétum vocant,
ſim Sagienſem
Præſule Annob
tus, & monaſté
Majóris præfec
pus ejus Aureliá
nis Magni, Fra
cis juſſu tranſlá
Credónii apud
quiévit; donec
noclaſtæ, Cred
to, & in Reli
tàm immánite
quàm ímpiè. Fu
eórum caput ej
eſt.

Oratio, I
pag. xxxiij.

Die
In Feſ
SANCTI BA
Gentium A
Duplex majus
Claſſis

Pridiè Ad
diei Octavæ A
Commem. S. B

Ant. Bárnaba
cùm habéret ag
dit eum, & attu
ante pedes Apo
allelúia. *Act.* 4.

℣. Beátus qu
ſuper egénum
rem; ℟. In die
rábit eum Dómi

Oratio, infrà

AD MATU

Invitat. Ap
Magiſtrum & D
* Veníte, adorén
Joan. 13.

Pſalm. Veníte

Hymnus.
[ЕХ]ᴍᴇ quales árbiter
[Mi]niſtros éligis!
[Qui]s qui vílibus
[Mag]as commíttere.
[Est] nempè plena lú-
[min]e
frangi præcipis:
magna rúmpitur,
[Nub]e ſciſsâ, fúlgura.
[Sic]ᴜᴍ per orbem nún-
[tii]
[Ve]lut, citi volant:
aves, Verbo Deo,
corufcant, pér-
[volant].
[Chri]sᴛᴜᴍ ſonant; ver-
[ber]aunt
[Her]bæ dæmonum:
[Tu]bis clangéntibus,
quondàm mœnia.
Chriſte, cœleſtes
[...]
graves nos éxci-
[...]
de te lúmina
[T]enébras méntium.
[Si]t & Trino Deo
laus, ſummum
[...]s,
qui nos ad ſuæ
[V]ocávit glóriæ.
[Am]en.

[Antiphonæ in Laudibus & Horis, ut in Psal]mi de Feria.

[Ant. 1.] d. Bárnabas Sau[lum adduxit] ad Apóſtolos: [et narravit] illis quómodò [vi]diſſet Dóminum: *Act.* 9.

[Ant. 2.] d. Apóſtoli mi[serunt Bá]rnabam uſque ad [Antiochia]m: qui, cùm perveniſſet, & vidiſſet grátiam Dei, gavíſus eſt: allelúia. *Act.* 11.

Ant. 3. c. Bárnabas Saulum cùm inveniſſet, perduxit Antiochíam, & docuérunt turbam multam; ita ut cognominarentur primùm Antiochíæ diſcípuli Chriſtiáni: allel. *Act.* 11.

℣. Annuntiávi & locútus ſum; ℟. Multiplicáti ſunt ſuper númerum. *Pſ.* 39.

Lectio j. de Script. occurrente, ex duabus fit una.

℟. Bárnabas hortabátur omnes in propóſito cordis permanére in Dómino; * Quia erat vir bonus, & plenus Spíritu ſancto & fide: allelúia, allelúia. ℣. Mónita ſalútis dabat eis, & conſolabátur eos. * Quia. *Act.* 11. *Tob.* 1.

Lectio ij.

JOſeph, qui cognominátus eſt Bárnabas ab Apóſtolis, quod eſt interpretátum fílius conſolatiónis; Levítes, Cyprius génere, agro véndito quem poſſidébat, prétium áttulit ad pedes Apoſtolórum; ad quos & póſteà Paulum adduxit recèns converſum. Jeroſólymis Antiochíam miſſus ab Eccléſia, quæ accéperat quoſdam ibi diſcípulos Dóminum Jeſum Græcis annuntiaſſe, cùm vidiſſet grátiam Dei, gavíſus eſt, & hortabátur omnes in

nominarentur primum Antio-chíæ diſcípuli, Chriſtiáni. Ortâ fame ab Agabo prædictâ, collectas eleemóſynas ad fratres in Judæa habitantes cum Paulo détulit. Quo expléto miniſtério, reverſi ſunt, aſſumpto Joanne, cui cognómen erat Marcus.

℟. Erant in Ecclésia quæ erat Antiochíæ, Prophétæ & Doctóres : miniſtrántibus illis Dómino & jejunántibus, dixit illis Spíritus ſanctus : * Segregáte mihi Saulum & Bárnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos : allelúia, allelúia. ℣. Locutus eſt Dóminus in manu ſervórum ſuórum prophetárum, dicens : * Segregáte. Glória. * Segregáte. *Act.* 13. *IV.*

Evangelium
tes per sín
Presbyteros.
Lyſtris, pro
Paulo ſanátu
berentur, v
bæ Bárnabam
lum verò M
deterruérunt
immolárent.
tiochíam, o
ne propter
lébant gen
converſas ci
ad Apóſtolo
qui in conc
mitáno ſup
tum ſtatuéru
que eos ad
tiochíæ, ad
Silâ, ſcribe
eórum. Poſt
digreſſus à
Marco nav
rum. Mul

A U D E S.
na, 1. toni d.
Bárnabas, miſſi
ſancto, prædi-
ɔum Dei ; alle-
13.
D. Diſſemina-
ım Dómini per
regiónem : al-
13.
c. Icónii demo-
Dómino teſti-
erhibente verbo
, dante ſigna &
ieri per manus
lelúia. *Act.* 14.
E. Reverſi ſunt.
um. Iſaï. 49.
i : In vácuum la-
i ſine cauſa, * &
itúdinem meam
.
cium meum cum
* & opus meum
meo.
c dicit Dóminus
ne ex útero ſer-
* ut redúcam Ja-
ım, & Iſrael non
ɔitur.
cátus ſum in ócu-
i, * & Deus meus
fortitúdo mea.
it : Parùm eſt ut
rvus ad ſuſcitan-
; Jacob, * & fœ-
convertendas.
edi te in lucem
* ut ſis ſalus mea
extrémum terræ.
Patri.
Reverſi ſunt Bár-
Paulus per civitá-
tes, confirmantes ánimas diſcipulórum, exhortantéſque ut permanérent in fide : allelúia. *Act.* 14.

Ant. 6. F. Retulérunt quanta feciſſet Deus cum illis, & quia aperuiſſet géntibus óſtium fidei : allelúia. *Act.* 14.

Capitulum. Act. 15.

Cum veniſſent Jeroſólymam, ſuſcepti ſunt ab Eccléſia, & ab Apóſtolis & Senióribus, annuntiantes quanta Deus feciſſet cum illis.

Hymnus.

Pauli labórum párticeps,
Conſors & in perículis,
Vos unus ambos ſpíritus,
Vos una junxit cáritas.
Quam veſtra gens Chriſti fidem
Luci rebellis réppulit,
Nil hæſitantes éxteris
Portaſtis illam géntibus.
Fac, Chriſte, noſtris ſe tuum
Cùm lumen offert méntibus,
Amóre ne noctis ſuæ
Cœleſte donum réſpuant.
Qui Patris ad dextram ſedes,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Póſuit Deus in eis verba ſignórum ſuórum,
℟. Et prodigiórum in terra. *Pſ.* 104.

Ad Bened. *Ant.* 5. a. Audiébant Bárnabam & Paulum, narrantes quanta Deus feciſſet ſigna & prodígia in géntibus per eos: allelúia. *Act.* 15.

Oratio.

DEus, qui beátum Bárnabam plenum fide & Spíritu ſancto, ad opus vocatiónis & converſiónis géntium aſsúmere dignátus es; concéde propítius, ut, mémores óperis & caritátis ejus, dignè Evangélio Chriſti quod prædicávit, conversári mereámur; Per eumdem ... in unitáte ejuſdem Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula.

Fit Commem. Feriæ VI. poſt Octavam Aſcenſionis.

Ant. Ego mittam vobis à Patre Spíritum veritátis: allelúia. *Joann.* 15.

℣. Dóminus in templo ſancto ſuo; ℟. Dóminus in cœlo ſedes ejus. *Pſ.* 10.

Oratio.

DEus, qui nos Reſurrectiónis Dómini & Aſcenſiónis ejus ſolémnia celebráre feciſti; da nobis fámulis tuis, ut advenientis ſancti Spíritûs grátiam, purificátis méntibus ſuſcípere mereámur; Per eumdem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum .... in unitáte ejuſdem.

A D H O R

Doxologia.

QUI Patris ad de
ſedes,
Jeſu, tibi ſit glóri
Cum Patre & almo S
In ſempiterna ſécul
Amen.

A D P R I M

Ant. 1. d. Sanlus

A D T E R T I

Ant. 2. D. Diſſc bátur.

Capitulum. Eccli.

SUrrexit quaſi igni verbum ipsíus qu cula ardébat.

℟. *br.* Elégit nob minus hæreditátem * Allelúia, allel. ℣ jécit pópulos nobis tes. * Allelúia, all ria. Elégit. *Pſ.* 46.

℣. In conſpect tium, ℟. Reveláv tiam ſuam. *Pſ.* 97

A D S E X T

Ant. 8. c. Icóni ráti ſunt.

Capitulum. Act

JUdæi concitavér líeres religióſas neſtas in Paulum & bam, & ejecérunt finibus ſuis; at illi púlvere pedum in nérunt Icónium.

℟. *br.* Illìc n Dóminus benedict * Allelúia, allel. tam uſque in * Allel. allel. Glór Pſ. 132.

, ibant & fle-
ittentes sémi-
25.
O N A M.
. Retulérunt.
. Galat. 2.
runt falſi fra-
oráre libertá-
ı quam habé-
ſto Jeſu, ut
tútem redíge-
neque ad ho-
s ſubjectióne,
Evangélii per-
l vos.
íquè non égi-
nento tuo, Dó-
elúia, allelúia.
ceſſit retrò cor
Allelúia, allel.
uè. *Pſ.* 43.
i nos tanquàm
n; ℟. Et in
iſperſiſti nos.

ESPERAS.
2, 8. *toni*, G.
póſtolis & Se-
, viros míttere
cum Paulo &
lelúia. *Act.* 15.
Paulus & Bár-
ırabantur An-
centes & evan-
allel. *Act.* 15.
. Dixit ad Bár-
lus: Reverten-
ıs fratres qui-
vimus verbum
el. *Act.* 15.

Ant. 3. a. Paulus & Bárnabas dixérunt: Quóniam repéllitis verbum Dei; ecce convértimur ad gentes: allelúia. *Act.* 13.

Ant. 2. D. Bárnabas aſſumpto Marco, navigábat in Cyprum; Paulus verò, electo Silâ, perambulábat Syriam: allel. *Act.* 15.

Capitulum. Act. 14.

CUm conſtituiſſent Bárnabas & Paulus per ſíngulas Eccléſias Presbyteros, & oraſſent cum jejunatiónibus, commendavérunt eos Dómino in quem credidérunt.

Hymnus.

CŒLO datur quiéſcere,
Terris relictis, Bárnaba:
Solemnis hæc affert tuis
Finem dies labóribus.

QUEM propter, agro véndito,
Opes cadúcas déſeris,
Magno rependens fœnore,
En fundus ipſe ſit tuus.

TU ſacra per jejúnia,
Tu públicas inter preces,
Jubente ſancto Spíritu,
Chriſti creáris Núntius.

QUI Patris ad dextram ſedes,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Nimis honorificati

ſunt amíci tui, Deus; ℞. Nimìs confortátus eſt principátus eórum. *Pſ.* 138.

Ad Magníf. *Ant.* 1. D. Bárnabas & Paulus tradidérunt ánimas ſuas pro nomine Dómini noſtri Jeſu Chriſti; allelúia. *Act.* 15.

Fit Commem. Feriæ VI. poſt Octavam Aſcenſionis. Ant. Hæc locútus ſum vobis; ut, cùm vénerit hora eórum, reminiſcámini quia ego dixi vobis: all. *Joa.* 16.

℣. Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, ℞. Et ſuper cœlos glória ejus. *Pſ.* 112.

Oratio, ad Laudes.

Denique pro Commemor. SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii, Mart. Ant. Cùm vos óderint. ℣. Multæ, *p.* ix. *Oratio,* Deus, cujus, *pag.* xij.

Die XII.

SS. BASILIDIS, CYRINI & Sociorum, Martyrum, *Commemoratio.*

Lectio ij.

BAsílides, Cyrínus ſeu Quirínus, Nabor & Nazárius, mílites Románi, ab Aurélio Romæ præfecto comprehenſi, & in cárcerem conjecti, fidem quam corde profitebantur, ore inter víncula líbero prædicáre non deſtitérunt. Cùm autem eórum cohortatiónibus Marcellus cuſtódiæ præpóſitus & álii plures Chriſto Dómino nomen dediſſent, ad tribúnal ſiſti jubentur, ibíque flagellis cæſi neque à ſancto propóſito dimóti, ſecúri feriuntur.

Orat. Deus, cujus, *p.* xij.

OFFICIUM

PRæſta, quæſumus, miſéricors Deus, ut beáti N. Sacerdótis tui précibus adjúti, hóſtia ſancta tibi conſecrémur; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. O homo Dei.

AD TERTIAM.

Ant. 1. G. Noli.

Capitulum. II. Tim. 1.

ADmóneo te ut resúſcites grátiam Dei, quæ eſt in te per impoſitiónem mánuum meárum.

℞. *br.* Quid retríbuam Dómino, pro ómnibus quæ retríbuit mihi? * Allelúia, allelúia. ℣. Cálicem ſalutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo. * Allelúia. Glória. ℞. Quid.

℣. Vota mea Dómino reddam, ℞. Coram omni pópulo ejus. *Pſ.* 115.

AD SEXTAM.

Ant. 7. *d.* Nemo.

Capitulum. Tit. 2.

IN ómnibus teipſum præbe exemplum bonórum óperum, in doctrína, in integritáte, in gravitáte: verbum ſanum, irreprehensíbile; ut is qui ex adverſo eſt vereátur, nihil habens malum dícere de nobis.

℞. *br.* Dómine, dilexi decórem domús tuæ: * Allelúia, allelúia. ℣. Et lo[cum] habitatiónis glór[iæ] tuæ. * Allelúia, allelú[ia.] Glória. ℞. Dómine.

℣. Ego in innocé[ntia] mea ingreſſus ſum: ℞. R[e]dime me, & miſerére [mei.] *Pſ.* 25.

AD NONAM.

Ant. 7. G. Beátus.

Capitulum. I. Tim. 4.

EXerce teipſum ad pie[]tátem: nam corporális exercitátio ad módicum útilis eſt; píetas autem ad ómnia útilis eſt, promiſſiónem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futúræ.

℞. *br.* Hic accípiet benedictiónem à Dómino * Allelúia, allelúia. ℣. E[t] misericórdiam à Deo ſalutári ſuo. * Allelúia, allelúia. Glória. ℞. Hic. *Pſ.* 23.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti; ℞. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ.* 64.

AD II. VESPERAS.

Antiphona, 8. G.

NAtus eſt homo firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum pópuli: allelúia. *Eccli.* 49.

Ant. 2. D. De omni corde ſuo laudávit Dóminum; & diléxit Deum qui fecit illum, & dedit in celebratiónibus decus: allelúia. *Eccli.* 47.

Ant. 5. a. Operárius eſt

um, & ve-
ómino Deo
cultúra mi-
Dómini; &
: : allelúia.

btulit holo-
ltáre ; odo-
minus odó-
: allelúia.

Confirmávit
: pópuli ſui,
sívit, & ábſ-
iníquum &
a glorificá-
I. Mach. 14.

Eccli. 50.
ıtióne fun-
ra, amplifi-
ıem excelſi

Regis, porrexit manum ſuam in libatióne, & libávit de ſánguine uvæ : effúdit in fundamento altáris odórem divínum excelſo Príncipi.

Hymnus, O Sacerdótum, *ut in Laudibus*, *pag.* xxvij.

℣. Memor ſit Dóminus omnis ſacrifícii tui, ℟. Et holocauſtum tuum pingue fiat. *Pſ.* 19.

Ad Magníficat *Ant.* 6. F. In lege Dómini congregatiónem judicávit, & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis; & invocávit Dóminum omnipoténtem, in oppugnando hoſtes circumſtantes úndique, in oblatióne agni inviolati : allelúia. *Eccli.* 46.

UNE SS. ABBATUM, achorum, Cœnobitarum & Anachoretarum.

VESPERIS.
t, I. D.
bonet deſer-
quaſi delí-
ıdinem ejus
Dómini :
I.
Gaúdium &
étur in ſoli-
iárum áctio
s : allelúia.

a cubílibus,

in quibus priùs dracónes habitábant, oriétur viror cálami & junci ; & erit ibi ſémita & via, & Via ſancta vocábitur : allelúia. *Iſ.* 35.

Ant. 5. a. Exultábit ſolitúdo, & florébit quaſi lílium : gérminans germinábit, & exultábit lætabunda & laudans : allelúia. *Iſ.* 35.

Ant. I. a. Erit opus ju-

ſtítiæ pax, & cultus juſtítiæ ſiléntium, & ſecúritas uſque in ſempiternum: allelúia. *Iſ.* 32.

Capitulum. II. Cor. 6.

EXíte de médio eórum, & ſeparámini, dicit Dóminus, & immundum ne tetigéritis: & ego recípiam vos: & ero vobis in Patrem, & vos éritis mihi in filios.

[*In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà*, ℟. Suſceptor meus es tu, Dómine, & in verbum tuum ſuperſperávi; * Declináte à me, maligni, & † Scrutábor mandáta Dei mei: allelúia, allelúia. ℣. Magiſter, ſequar te quocumque íeris. * Declináte. Glória. † Scrutábor. *Pſ.* 118. *Matth.* 8].

Hymnus.

FELICES némorum píngimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio ſecli
Mores læderet íntegros.

UT te poſsídeant, quem sítiunt Deum,
Urbes, regna, ſuos, ſe quoque déſerunt:
Totus víluit orbis,
Dum cœléſtia cógitant.

NUDI, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles óciùs ádvolant;
Ut vaſtum mare tra
Prudentes onus éxu

ÆTERNAS ut op
taque gaúdia
Secúri rápiant, óm
dicra
Sano péctore temn
Confíſi melióribus.

ILLIS ſumma fi
ria déſpici;
Illis divítiæ pau
pati;
Illis ſumma volupta
Longo ſupplício mo

FAC nos, ſumme
quæ pátimur
In pœnam ſcéleru
libéntiùs;
Et, tellúre relíctâ
Immortália quære

ÆTERNUS ſit ho
génito Patri;
Sit par unígenæ
Fílio:
Sacri nexus amóri
Laus compar tibi, S
Amen.

Si ſit Abbas, ℣.
in terra erit ſeme
℟. Generátio rectó
nedicétur. *Pſ.* 111.

Ad Magníficat *A*
Egrédere de cog
tua, & de domo pa
& veni in terra
monſtrábo tibi; fa
te in gentem magn
benedícam tibi:
Gen. 12.

Si non ſit Abbas,
gueſcent ſpecióſa
℟. Et exultatióne

r : alleluia. *Pſ.*

ificat *Ant.* 6. c.
in ſolitúdine ju-
ſedébit pópulus
ulcritúdine pa-
tabernáculis fi-
lúia. *Iſ.* 32.
*ut infrà ad Lau-
opria aſſignetur.*
l. ad COMPLET.
Qui hábitant in
cúri dórmient :
zech. 34.
ic dimittis *Ant.*
am in circúitu
benedictiónem:
zech. 34].

TUTINUM.

ſum qui ductus
rtum à Spíritu,
adorémus : alle-
h. 4.
, Veníte, *pag.* 2.
, Felíces némo-
I. Veſperis.
. Dixit illi Dó-
uere me; &, re-
bus, ſecútus eſt
úia. *Luc.* 5.
. Fugiébat con-
inum, & ado-
inum Deum Iſ-
aia. *Tob.* 1.
. Abjécit veſti-
ium à ſe, & in-
acco, & ſedit in
lelúia. *Jon.* 3.
is vir, cujus eſt
mini ſpes ejus,
eſpexit in vani-

tátes & insánias falſas. *Pſ.* 39.

℟. *j.* Fide in cáſulis habitando cum cohærédibus repromiſſiónis ejuſdem, * Expectábat fundamenta habentem civitátem cujus ártifex & cónditor Deus : allelúia, allelúia. ℣. Secéſſerat in deſertum locum, ibíque inter feras vitam cum ſuis agébat. * Expectábat. *Hebr.* 11. *II. Mach.* 5.

℟. *ij.* Opéruit cilício carnem ſuam : * Jejunávit & dormívit in ſacco, & ambulávit demiſſo cápite : allelúia, allelúia. ℣. In vigíliis multis, in fame & ſiti, in frígore & nuditáte. * Jejunávit. Glória. * Jejunávit. *II. Reg.* 21. *II. Cor.* 11.

AD LAUDES.

Antiphona, 8. c.

DEus dixit ad illum : Exi de terra tua, & de cognatióne tua; & tunc éxiit : allelúia. *Act.* 7.

Ant. 1. a. Majóres divítias æſtimans theſauro Ægyptiórum impropérium Chriſti, fide relíquit Ægyptum : allelúia. *Hebr.* 11.

Ant. 6. F. Flétibus & lúctui apta indumenta ſuſcépit, cínere implévit caput, & corpus ſuum humiliávit jejúniis : allelúia. *Eſth.* 14.

Ant. 5. a. Nocte.

Canticum. Thren. 3.

PArs mea Dóminus, dixit ánima mea; * proptéreà expectábo eum.

Bonus eſt Dóminus ſperántibus in eum, * ánimæ quærenti illum.

Bonum eſt præſtolári cum ſiléntio * ſalutáre Dei.

Bonum eſt viro, * cùm portáverit jugum ab adoleſcéntia ſua.

Sedébit ſolitárius, & tacébit; * quia levávit ſuper ſe.

Ant. Nocte & ante lucem egrediebátur ad oratiónem, & deprecabátur Dóminum: allelúia. *Judith.* 12.

Ant. 2. A. In loco ſolitúdinis Dóminus dócuit eum, & cuſtodívit quaſi pupillam óculi ſui: allelúia. *Deut.* 32.

Capitulum. Hebr. 12.

OMnis diſciplína in præſenti quidem vidétur non eſſe gaúdii, ſed mœróris: póſteà autem fructum pacatíſſimum exercitátis per eam reddet juſtítiæ.

Pro Sancto Abbate, Monacho & Cœnobita.

Hymnus.

O PULCHRAS ácies, cáſtraque fórtia,
Quæ ſpes, una fides, unus amor regit!
Omnes lege ſub una
Uno ſub duce mílit
HEU! quantis
aſtra lábori
Pulſant perpétuis
bus æthera:
Per jejúnia longa
Vires córporis atte
VOTIS unánim
quoque flétu
Inſtant, & ſócias
nant preces;
Et concórdibus am
Vim cœlo ſimul ir
HÆC vis grata
amat óptim
Vinci per lácrym
gémitus, P
Sic duris reſerátu
Cœlum condítión
FERVENT qu
cuncta tum
Altum turba ſilet
dum tacent
Hi per cántica ru
Noctis longa ſilén
EXERCET víg
tínuus labo
Incumbunt óperi
ſides manus
Tellus culta coló
Victum ſuppédita
QUIN regína
quoque ſúb
Rectoriſque ſtude
óbſequi:
Nil ſervat ſibi juri
Capto libérior jug
ÆTERNUS ſi
ingénito Pa
Sit par unígenæ
Fílio a

xus amóris,
npar tibi, Spíritus.
en.
ancto Anachoreta
trio,
Hymnus.
D tu, relíctis úrbus,
ım consórtia
fugis? Quid tu
es,
: tecum cógitas?
TIS volátu líbero
s æternas domos;
negas mortálibus,
rs Deo commércia.
SENS choris cœlibus,
uiétus ótio,
ıendo númini,
olendo tu vacas.
M pura, qui te díınt,
te, líbant gaúdia!
ıter antris ábditos
ondis in tuo.
Chriſte, nos tecum
ori,
ſimul da súrgere:
da contémnere,
la cœléſtia.
laus Patri, laus
ílio,
, triumphátâ nece,
a ſecum dux vot:
tibi laus, Spíritus.
men.
Abbas, ℣. Veníi, audíte me; ℟.
m Dómini docébo
. 33.

Ad Benedíctus *Ant.* 1. J. Ecce ego & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in ſignum & in portentum Iſraël à Dómino exercítuum, qui hábitat in monte Sion: allelúia. *Iſ.* 8.

Oratio.

INtercéſſio nos, quæſumus, Dómine, beáti *N.* Abbátis commendet; ut quod noſtris méritis non valémus, ejus patrocínio aſſequámur; Per Dóminum noſtrum.

Alia Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, beáti Abbátis *N.* intercеſſiónibus ſublevári; ut per quem ſervis tuis perfectiónis evangélicæ documenta donaſti, per eum nobis ſubsídia perpétuæ ſalútis impendas; Per Dóminum.

Si non ſit Abbas, ℣. Cogitávi dies antíquos; ℟. Et annos æternos in mente hábui. *Pſ.* 76.

Ad Benedíctus *Ant.* 4. E. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo: allelúia. *Galat.* 6.

Oratio.

DEus, qui nos ádmones exemplo beáti *N.* temporália deſpícere & ad æterna feſtináre; da fámulis tuis, ut quæ tibi plácita cognóvimus, ipſo pro nobis intercedente, implére valeámus; Per.

bv

Alia Oratio,

DEus, qui nos ánnuâ beáti *N.* feſtivitáte lætíficas; concéde propítius, ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Deus.

AD TERTIAM.

Ant. 1. a. Majóres.

Capitulum. Baruch, 4.

EXui me ſtolâ pacis, índui autem me ſacco obſecratiónis, & clamábo ad Altíſſimum in diébus meis.

℟. *br.* Propter verba labiórum tuórum, egò cuſtodívi vias duras: * Allelúia, allelúia. ℣. Pérfice greſſus meos in sémitis tuis. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Propter. *Pſ.* 16.

℣. Induébar cilício; ℟. Humiliábam in jejúnio ánimam meam. *Pſ.* 34.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Flétibus.

Capitulum. Iſ. 26.

NOmen tuum & memoriále tuum, Dómine, in deſidério ánimæ. Anima mea deſiderávit te in nocte; ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de mane vigilábo ad te.

℟. *br.* Clamávi ad te, Dómine; dixi: Tu es ſpes mea: * Allelúia, allelúia. ℣. Pórtio mea in terra viventium. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Clamávi. *Pſ.* 141.

℣. In umbra alárum tuárum ſperábo, Dómine, ℟. Donec tránſeat iníquitas. *Pſ.* 54.

AD NONAM.

Ant. 2. A. In loco.

Capitulum. Deut. 7.

DOminus Deus ipſe eſt fortis & fidélis, cuſtódiens pactum & miſericórdiam diligéntibus ſe, & his qui cuſtódiunt præcepta ejus in mille generatiónes.

℟. *br.* A judíciis tuis non declinávi: * Allelúia, allelúia. ℣. Quia tu legem poſuiſti mihi. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. A judíciis.

℣. Viam mandatórum tuórum cucurri, ℟. Cùm dilataſti cor meum. *Pſ.* 118.

AD II. VESPERAS.

Antiphona. 5. a.

IN voce laudis immolábo tibi: quæcumque vovi, reddam pro ſalúte Dómino: allelúia. *Jon.* 2.

Ant. 4. D. Póſui fáciem meam ad Dóminum Deum meum rogáre, & deprecári in jejúniis, ſacco & cínere: allelúia. *Daniel.* 9.

Ant. 8. g. Quæ retrò ſunt oblivíſcens, perſéquor ad bravíum ſupernæ vocatiónis Dei in Chriſto Jeſu: allelúia. *Philipp.* 3.

Ant. 1. D. Curro, non

certum; pugno,
ácrem vérbe-
caſtígo corpus
n ſervitútem ré-
probus effíciar:
. *Cor.* 9.
F. Spem habens
ſtúdeo ſine of-
:onſciéntiam ha-
)eum: allelúia.

:*m. I. Cor.* 9.
; qui in agóne
:ndit, ab óm-
ábſtinet: & illi
: corruptíbilem
accípiant; nos
ɔrruptam.
Felíces, *p.* xxx.
lbbas, ℣. Juſtus
florébit: ℟. Si-

cut cedrus Líbani multiplicábitur. *Pſ.* 91.

Ad Magníficat *Ant.* 1. J. Circa illum coróna fratrum: quaſi plantátio cedri in Líbano, ſic circa illum ſtetérunt quaſi rami palmæ: allelúia. *Eccli.* 50.

Si non ſit Abbas, ℣. Abſcondit me in tabernáculo ſuo; ℟. In die malórum protexit me. *Pſ.* 26.

Ad Magníficat *Ant.* 7. d. Omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut ſoróres, aut patrem, aut matrem, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, & vitam ætérnam poſſidébit: allelúia. *Matth.* 19.

ıMUNE JUSTORUM.

ıIS VESPERIS.
hona, 7. a.
:t juſtus viam
, & mundis má-
:t fortitúdinem:
ob. 17.
). Fortitúdo sím-
Dómini; juſtus
m non commo-
lelúia. *Prov.* 10.
:. Cor ſuum tra-
ilandum dilúcu-
ıinum qui fecit
elúia. *Eccli.* 39.
c. Quaſi virens
rminábit; fru-
, lignum vitæ:

allelúia. *Proverb.* 11.

Ant. 3. a. Timenti Dóminum bene erit, & in diébus conſummatiónis illíus benedicétur: allelúia. *Eccli.* 1.

Capitulum. Eccli. 2.

QUi timétis Dóminum, crédite illi; & non evacuábitur merces veſtra. Qui timétis Dóminum, ſperáte in illum; & in oblectatiónem véniet vobis miſericórdia. Qui timétis Dóminum, dilígite illum; & illuminabúntur corda veſtra.

[*In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà*, ℟. Qui timent Dóminum, non erunt incredíbiles verbo illíus: * Et † Qui díligunt illum, conſervábunt viam illíus: allelúia, allelúia. ℣. Qui ſervat verbum ejus, verè in hoc cáritas Dei perfecta eſt. * Et. Glória. † Qui díligunt. *Eccli.* 2. *I. Joann.* 2].

Hymnus.

SUMMI puſillus grex Patris,
Timóre mentem sólvite;
Sui paternus vos amor
Vult eſſe regni cómpotes.

EN regnat inter Cœlites,
Qui vixit olim século
Ignótus, exóſus ſibi,
Qui pauper, & ſciens pati.

ANGUSTA pœniténtiæ
Ingreſſus, & viam Crucis,
Per dura Chriſtum prælia,
Per damna non timet ſequi.

CARNEM terit jejúniis;
Linguam domat ſiléntio;
In páuperum, parcus ſibi,
Abſcondit & ſpargit ſinu.

SAPORE verbi páſcitur;
Totóque legem péctore
Scrutátus, orat pérvigil,
Mens celſa versátur polo.

DA, Chriſte, nos tecum mori,
Tecum ſimul da súrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. In nómine tuo exultábunt juſti, Dómine; ℟. Et in juſtítia tua exaltabuntur. *Pſalm.* 88.

Ad Magníficat *Ant.* 8. g. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, aſſimilábitur viro ſapienti, qui ædificávit domum ſuam ſupra petram: allelúia. *Matth.* 7.

Oratio ut infrà ad Laudes.

[*In Annual.* AD COMPLET. *Ant.* 2. A. Vigiláte, & eſtóte paráti; quia quâ neſcítis horâ Fílius hóminis ventúrus eſt: allelúia. *Matth.* 24.

Ad Nunc dimittis *Ant.* 6. C. Oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectántibus te: allelúia. *Iſ.* 64.].

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Diligentem juſtos Dóminum, * Veníte, adorémus: allelúia. *Pſ.* 145.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 2.

Hymnus.

NON parta ſolo ſánguine
Ornat Beátos púrpura:
Sunt incruenta, quæ ſuos
Habent triumphos, prælia.

NON iſte flammas, non cruces,
Non ſentit uncos péctines:

Crudélis & durus ſibi,
Morte lentâ cónficit.
Si lictor illi défuit,
Si vincla, fuſtes, úngulæ;
Paráta pro Chriſto mori,
Hoc ſupplet omne cáritas.
Corpus ſubégit cáſtitas,
Et líberam mentem fides;
Amor ſupernis ígnibus
Totam litávit hóſtiam.
Venis apertis ómnibus
Qui vellet ultrò erúmpere,
Fraudátus optátâ viâ,
Et fuſus in fletum cruor.
Da, Chriſte, ſic nos vívere,
Diſcámus ut ſemper mori:
Da, poſt brevis vitæ dies,
Vitæ perennis gáudia.
Da, Chriſte, nos tecum mori,
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 6. F. Vetus homo noſter crucifixus eſt, ut deſtruátur corpus peccáti, & ultrà non ſerviámus peccáto: allelúia. *Rom.* 6.

Ant. 4. f. Ipſe Spíritus teſtimónium reddit ſpirítui noſtro, quòd ſumus fílii Dei; ſi autem fílii, & hærédes: allelúia. *Rom.* 8.

Ant. 8. c. Ipſi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum expectantes, redemptiónem córporis noſtri: allelúia. *Rom.* 8.

℣. Anima noſtra ſúſtinet Dóminum; ℟. Quia in eo lætábitur cor noſtrum. *Pſ.* 32.

℟. *j.* Hæc eſt cáritas Dei, ut mandáta ejus cuſtodiámus, & * Mandáta ejus grávia non ſunt: allelúia, allelúia. ℣. Guſtáte & vidéte quóniam ſuávis eſt Dóminus. * Mandáta. *I. Joann.* 5. *Pſ.* 33.

℟. *ij.* Noſtra conversátio in cœlis eſt, únde ſalvatórem expectámus Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui * Reformábit corpus humilitátis noſtræ, configurátum córpori claritátis ſuæ: allelúia, allelúia. ℣. Fílii ſanctórum ſumus, & vitam illam expectámus quam Deus datúrus eſt his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. * Reformábit. Glória. * Reformábit. *Philipp.* 3. *Tob.* 2.

AD LAUDES.

Antiphona, 4. f.

Erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum & recédens à malo: allelúia. *Job.* 1.

Ant. 7. d. Conſervávit

omnes viæ meæ in conſpectu tuo. *Pſ.* 118.

AD VESPERAS.

Antiphona, 6. F.

ANte Dóminum qui elégit me, vilior fiam pluſquàm factus ſum; & ero húmilis in óculis meis: allelúia. 2. *Reg.* 6.

Ant. 3. a. Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus, tímui Deum, & pondus ejus ferre non pótui: allelúia. *Job.* 31.

Ant. 5. C. Immóbilis in Dei timóre permanſit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ ſuæ: allelúia. *Tob.* 2.

Ant. 7. ç. Tu feciſti, Dómine, cum ſervo tuo miſericórdiam magnam: allelúia. 3. *Reg.* 3.

Ant. 1. G. Anima mea exultábit in Dómino, & delectábitur ſuper ſalutári ſuo: allelúia. *Pſal.* 34.

Capitulum. Gal. 6.

QUæ ſemináverit homo, hæc & metet: quóniam qui séminat in carne ſua, de carne & metet corruptiónem; qui autem séminat in ſpíritu, de ſpíritu metet vitam æternam.

Hymnus, Summi, *ut in I. Veſperis.* p. xxxvj.

℣. In memória ætérna erit juſtus; ℟. Cornu ejus exaltábitur in glória. *Pſ.* 111.

Ad Magnificat *Ant.* 5. C. Dilectus Deo & homínibus, cujus memória in benedictióne eſt: ſímilem illum fecit in glória ſanctórum, & oſtendit illi glóriam ſuam: allelúia. *Eccli.* 45.

COMMUNE SS. VIRGINUM.

IN PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 8. g.

QUid bonum Dómini eſt, & quid pulcrum ejus? niſi frumentum electórum & vinum gérminans vírgines? allelúia. *Zach.* 9.

Ant. 6. F. Qui elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea locum: allelúia. *Iſ.* 56.

Ant. 1. f. Dabo eis nomen mélius à filiis & fíliábus: nomen ſempitérnum dabo eis: allelúia. *Iſ.* 56.

Ant. 4. d. Ultrà mori non póterunt; æquáles enim Angelis ſunt, & filii ſunt Dei, cùm ſint filii reſurrectiónis: allelúia. *Luc.* 20.

Ant. 7. d. Non omnes cápiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt: allelúia. *Matth.* 19.

Capitulum. I. Cor. 7.
Nuſquiſque próprium
donum habet ex Deo;
us quidem ſic, álius ve-
ſic. Dico autem non nu-
s & víduis : Bonum eſt
s, ſi ſic permáneant.
*In Duplicibus II. Claſ-
& ſuprà*, ℟. Audi, fí-
, & vide, & inclína au-
n tuam. * Oblivíſcere
pulum tuum, & domum
ris tui : & concupiſcet
x decórem tuum; † Quó-
m ipſe eſt Dóminus
us tuus : allelúia, alle-
a. ℣. Spíritus ubi vult
rat, & vocem ejus au-
. * Oblivíſcere. Gló-
. † Quóniam. *Pſ.* 44.
nn. 3.].

Si ſit Martyr,

Hymnus.

Estis læta ſonent ſí-
dera cántibus:
nc aptáte tubas, súmi-
te tympana,
tus Angélici; dícite
Vírginem,
riſti dícite Mártyrem.
Vestris illa fuit dé-
bita cœtibus,
æ mortális adhuc, nó-
bilis æmula
vos exprímeret, dedí-
dicit genus,
go córporis ímmemor.
Sed quid cogis, amor!
fórtiter ámbiit
nſò virgíneum fúndere
sánguinem.

Oblíti méminit tunc bene
córporis,
Præclára sítiens necis.
Sic quâ parte minor,
vos ſuperéminet,
Immortále genus; quæ
pótuit mori,
Et per damna ſui córpo-
ris íntegram
Teſtári Dómino fidem.
Patri máxima laus,
máxima Fílio,
Amborúmque ſacro máxi-
ma Flámini,
A quo magnánimæ prælia
súſtinent,
Spreto fúnere, Vírgines.
Amen.

℣. Hæréditas immacu-
latórum in æternum erit:
℟. Non confundentur in
témpore malo. *Pſ.* 36.

Ad Magníficat *Ant.* 4. E.
Infirma mundi elégit Deus,
ut confundat fórtia; ut
non gloriétur omnis caro
in conſpectu ejus : allelúia.
I. Cor. 1.

Oratio, infrà ad Laudes.

Si non ſit Martyr.

Hymnus.

Vos ô Virgínei cum
cítharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis
óptima,
Sponſum Virgíneo progé-
nitum ſinu
Puris tóllite laúdibus.
Hæc eſt ſacra dies, ób-
via quâ ſuo

Cum plena rútilans lámpade júngitur
Sponſo, ſtanſque throno próxima, cóncinit
Virgo cántica Vírgini.

Solo digna Deo cónjuge, réſpuit
Mortáles thálamos: ut ſemel óbligat
Seſe fida ſuo, quem benè déperit,
Ultrò ſe Deus óbligat.

Purum ne máculent pectus imágines,
In ſe, tota ſui córporis ímmemor
Mens, ſeſe récipit; nil óculi vident,
Surdis nil ſonat aúribus.

Ægro vix ſua ſunt pábula córpori:
Ardet mille modis ante diem mori:
Quidquid mors rápiet, jam ſibi præripit;
Unus ſit Deus ómnia.

Fac, ô Chriſte, tuæ Vírginis æmulos
Hâc nos ire tibi, quâ gráditur, viâ.
Qui gens ſancta ſumus, móribus íntegris
Fac ſoli tibi vívere.

Da te, ſumme Pater, tóllere laúdibus;
Da te, Chriſte, ſequi, laúrea Vírginum.
Fac, incenſa tuis, Spíritus, árdeant
Flammis frígida péctora.
Amen.

℣. Afferentur Regi Vírgines, ℟. In lætítia & exultatióne. *Pſ.* 44.

Ad Magnificat *Ant.* 3. *a.* Córpora veſtra membra ſunt Chriſti: membra veſtra templum ſunt Spíritûs ſancti qui in vobis eſt? allelúia. *I. Cor.* 6.

Oratio, infrà ad Laudes. p. xlv.

[*In Annualib.* AD COMPLET. *Ant.* 2. A. Ego dórmio, & cor meum vígilat: allelúia. *Cant.* 5.

Ad Nunc dimittis *Ant.* 5. a. Quæ eſt expectátio mea? nonne Dóminus? allelúia. *Pſ.* 38].

AD MATUTINUM.

Invit. Agnum quem ſequuntur Vírgines, * Veníte, adorémus: allelúia. *Apoc.* 14.

Pſalmus, Veníte, *pag.* 1.

Si ſit Martyr,
Hymnus.

Virginum robur, Deus, atque cuſtos,
Sexus imbellis, médios per enſes,
Dum faves, quas non ſúperat viríli
Péctore mortes!

Pro tuis aris animóſa Virgo
Molle dat pœnis laceráre corpus;
Non ſuos ſentit, memor ô tuórum,
Chriſte, dolórum.

Non graves plagæ, válidi nec ictus

ꝓoſſunt violáre
m :
i creſcit magis
átus
nóris.
dilecto placi-
ponſo ,
uptum laniáta
; :
runcis honor ,
nuſtas .
membris.
laus Patri , ge-
ıe Verbo,
ıpar , utriuſque
s.
ſemper placeá-
ıni
; æquis.

ſit Martyr,
ymnus.
STIS aula pán-
r ;
; : omnes óbviæ
ſo Vírgini ,
nſæ Vírgines.
ıptiális eſt dies,
ga poſt ſuſpíria,
ıus , dat ſíngulis
is frui Deo.
ta vobis gaúdia,
t ignes , dícite ;
us púrior
ɔluptas éffluit.
propter unum
it
gum púrpura.
æ ſponſo Deo ,
ɔ terris ámbiat ?
náles núptiæ ,
aro fit ſpíritus !

O dulce vinclum , júngitur
Quo mens Deo , menti
Deus !

SIT laus Patri, laus Fílio ;
Sit par tibi laus , Spíritus,
Divína qui perénnibus
Firmas ſigillis fœdera.
Amen.

Ant. 1. a. Qui díligit cordis mundítiam , habébit amícum Regem : allelúia. *Prov.* 22.

Ant. 7. d. Omnis ponderátio non eſt digna continentis ánimæ : allelúia. *Eccli.* 26.

Ant. 3. a. Beáti mundo corde , quóniam ipſi Deum vidébunt : allelúia. *Matth.* 5.

℣. Beáti immaculáti in via , ℟. Qui ámbulant in lege Dómini. *Pſ.* 118.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* O quàm pulchra eſt caſta generátio cum claritáte ! *Immortális eſt enim memória illíus ; quóniam & apud Deum nota eſt , & apud hómines : allelúia , allelúia. ℣. Reddet Deus iis qui incorruptiónem quærunt , vitam æternam. * Immortális eſt. *Sap.* 4. *Rom.* 2.

℟. *ij.* Felix eſt incoinquináta ; * Habébit fructum in reſpectióne animárum ſanctárum : allelúia , allelúia. ℣. Virgo cógitat quæ Dómini ſunt,

ut ſit ſancta córpore & ſpíritu. * Habébit. Glória. * Habébit. *Sapient.* 3. *I. Cor.* 7.

AD LAUDES.

Antiphona, 2. D.

EGo dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui páſcitur inter lília: allelúia. *Cant.* 6.

Ant. 3. a. Sub umbra illíus quem deſideráveram, ſedi; & fructus ejus dulcis gútturi meo: allelúia. *Cant.* 3.

Ant. 7. b. Dilectus meus ordinávit in me caritátem, allelúia. *Cant.* 3.

Ant. 8. c. Cantábant.

Canticum. Iſ. 61.

GAudens gaudébo in Dómino, * & exultábit ánima mea in Deo meo;

Quia índuit me veſtimentis ſalútis, * & indumento juſtítiæ circúmdedit me,

Quaſi ſponſum decorátum coróna, * & quaſi ſponſam ornátam monílibus ſuis.

Sicut enim terra profert germen ſuum, * & ſicut hortus ſemen ſuum gérminat;

Sic Dóminus Deus germinábit juſtítiam, * & laudem coram univerſis géntibus.

Ant. Cantábant vírgines cánticum novum ante ſedem Dei & Agni: alle[...] *Apoc.* 14.

Ant. 5. a. Lauda[...] lia Sion; lætáre & e[...] in omni corde, filia [...] ſalem: allelúia. *Sop[...]*

Capitulum. Apoc.

VIdi; & ecce [...] ſtabat ſupra m[...] Sion, & cum eo c[...] quadraginta quátuo[...] lia, habentes nome[...] & nomen Patris eju[...] ptum in fróntibus ſ[...]

Si ſit Marty[...]

Hymnus.

QUID ſacram[...]
generóſa [...]
Ambiunt frontem [...]
corónæ?
Nempe non uno g[...]
reportas
Hoſte triumph[...]

MOLLIOR fre[...]
te voluptas,
Impotens flexit [...]
tyrannus:
Tu graves pœnas [...]
que blandos
Vincis amóres.

LILIIS Sponſu[...]
roſiſque;
Tu, tuo ſemper
Sponſo,
Et roſas Martyr
dediſti
Lília Virgo.

SUMMA lau[...]
genitóque [...]
Et tibi compar,
Nexus:

ſemper placeá-
uni
is æquis.
n.
us. præcinxit me
℟. Et póſuit im-
m viam meam.

edictus *Ant.* 8. G.
nerátio in perpé-
onáta triumphat,
natórum certá-
ræmium vincens:
Sap. 4.
Oratio.
, qui inter cétera
éntiæ tuæ mirácu-
n in ſexu frágili
n martyrii contu-
ncéde propítius,
eátæ *N.* Vírginis
ris tuæ natalítia
per ejus ad te exem-
ámur; Per.
lia Oratio.
ípotens, ſempiter-
Deus, cujus mú-
ta *N.* virginitátis
rii palmam adep-
a nobis, ejus préci-
córporis & mentis
puritátem, ut nec
s carnis, nec ma-
acerbitáte vincá-
r Dóminum.
on ſit Martyr,
Hymnus.
I R G O, pectus cui
acrum
expers ímprobi,
is ardóribus
peruſſit Spíritus.

N O N te voluptas dúl-
cibus
Fallax venénis mólliit,
Solas amantem pérſequi
Cœleſtis Agni núptias.
S I C ille natus Vírgine
Suo decóre céperat,
Ut ejus ardens ígnibus
Mundána cuncta témneres.
B E A T A, cui nunc Cœ-
litum
Inter canéntium choros,
Cœlo licet perénnibus
Sponſi potíri gaúdiis.
D A, Chriſte, nos tecum
mori,
Tecum ſimul da súrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.
S I T laus Patri, laus
Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vo-
cat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.
℣. Lætábor, & exultá-
bo in te: ℟. Pſallam nó-
mini tuo, Altíſſime. *Pſ.* 9.
Ad Benedictus *Ant.* 1. J.
Exultábit ánima mea in
Deo meo, quia índuit me
veſtiméntis ſalútis, quaſi
ſponſam ornátam monílí-
bus ſuis: allelúia. *Iſ.* 61.
Oratio.
DEus, qui habitáculum
tuum in corde pudí-
co conſtituiſti, concéde ut
qui fidélis ſponſæ tuæ *N.*
puritátem húmili venerá-
mur obſéquio, piæ conver-

ſatiónis ſequámur exemplo; Per Dóminum.

Alia Oratio.

FIdéles tuos, quæſumus, Dómine, intercedente beátâ N. vírgine tuâ, córpore & mente purífica; ut, tuâ inſpiratióne compuncti, nóxias delectatiónes vitáre præváleant, atque, ut eárum non capiantur illécebris, tuâ ſemper ſuavitáte paſcantur; Per.

AD PRIMAM.

Antiph. 2. D. Ego.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Sub umbra.

Capitulum. 1. *Cor.* 7.

DE virgínibus præceptum Dómini non hábeo; consílium autem do, tanquam miſericórdiam conſecútus à Dómino, ut ſim fidélis.

℟. *br.* Fiat cor meum immaculátum in juſtificatiónibus tuis: * Allelúia, allelúia. ℣. Ut non confundar. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Fiat cor. *Pſ.* 118.

℣. Sitívit in te ánima mea; ℟. Quàm multiplíciter tibi caro mea! *Pſ.* 62.

AD SEXTAM.

Ant. 7. b. Dilectus.

Capitulum. II. Cor. 11.

ÆMulor vos Dei æmulatióne; deſpondi enim vos uni viro vírginem caſtam exhibére Chriſto.

℟. *br.* Quid mihi [e]
cœlo? & à te quid
lui ſuper terram. * [Alle-]
lúia, allelúia. ℣. [Deus]
cordis mei, & pars
Deus in æternum. * [Alle-]
lúia, allelúia. Glóri[a Pa-]
tri. ℟. Quid. *Pſ.* 72.

℣. Súſcipe me ſecun[dum]
elóquium tuum, & vi[vam;]
℟. Et non confund[as me]
ab expectatióne me[a. Pſ.]
118.

AD NONA[M.]

Ant. 5. a. Laud[...]

Capitulum. II. R[...]

QUia complác[...]
mino, retrib[...]
hi ſecundùm juſtiti[...]
& ſecundùm mu[...]
mánuum meárum [...]
mihi.

℟. *br.* Retríbu[...]
Dóminus ſecund[...]
tiam meam: * [...]
allelúia. ℣. Et ſ[...]
puritátem mánuu[...]
rum. * Allelúia, [...]
Glória. ℟. Retríb[...]
Pſ. 17.

℣. Laudábo n[...]
cum cántico; ℟. [...]
ficábo eum in lau[...]

AD II. VESP[...]

Antiphona, [...]

VIrgines a[...]
lámpades ſ[...]
runt óbviam ſ[...]
ſponſæ: allelúi[a...]
25.

Ant. 3. a. Prud[...]
cepérunt óleum

s cum lampádibus, & navérunt lámpades ſuas: elúia. *Matth.* 25.

Ant. 7. d. Médiâ noᴄte ımor factus eſt: Ecce ɔnſus venit; exíte óbam ei: allelúia. *Matth.*
.

Ant. 2. D. Venit ſpons, & quæ parátæ erant, travérunt cum eo ad núias: allelúia. *Matth.* 25.

Ant. 1. D. Vírgines ſeıuntur Agnum quocumıe íerit; ſine mácula enim nt ante thronum Dei: lelúia. *Apoc.* 14.

Capitulum. Apoc. 14.

Udívi vocem de cœlo; & vocem quam ıdívi, ſicut citharœdóım citharizántium in cíaris ſuis: & cantábant uaſi cánticum novum an: ſedem Agni.

Si ſit Martyr, Hymnus Quid ſacram, *pag.* xliv.

℣. Me propter innocéntiam ſuſcepiſti, ℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. *Pſ.* 40.

Ad Magníficat *Ant.* 2. D. Feciſti viríliter, & confortátum eſt cor tuum, eò quòd caſtitátem amáveris; ídeò & manus Dómini confortávit te: allelúia. *Judith*, 15.

Si non ſit Martyr, Hymnus, O Virgo, *pag.* xlv.

℣. Vírgines laudent nomen Dómini, ℟. Quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus. *Pſ.* 148.

Ad Magníficat *Ant.* 6. F. Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam Deo; quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit ſe. Beáti, qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti ſunt: allelúia. *Apoc.* 19.

COMMUNE

SANCTARUM MULIERUM.

N PRIMIS VESPERIS.

Antiphona, 1. J.

MUlíerem fortem quis invéniet? Procul, & e últimis fínibus prétium jus: allelúia. *Prov.* 31.

Ant. 4. f. Domus & dіítiæ dantur à paréntibus; à Dómino autem própriè uxor prudens: allelúia. *Prov.* 19.

Ant. 2. D. Grátia ſuper grátiam, múlier ſancta & pudoráta: allelúia. *Eccli.* 26.

Ant. 7. d. Grátia verecúndiæ mulíeris ſensátæ &

bonæ ſuper aurum: allelúia. *Eccli.* 7.

Ant. 3. *a.* Múlier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implébit: allelúia. *Eccli.* 26.

Capitulum. Eccli. 26.

FUndamenta æterna ſupra petram sólidam; mandáta Dei in corde mulíeris ſanctæ.

[*In Duplicibus ſecundæ Claſſis & ſuprà*, ℟. Virum, Dómine, cum timóre tuo, non cum libídine mea conſenſi ſuſcípere: * Sit nomen tuum, Deus Iſrael, benedíctum in ſécula: allelúia, allelúia. ℣. Non vocávit nos Deus in immundítiam, ſed in ſanctificatiónem: * Sit. Glória. * Sit. *Tob.* 3. *I. Theſſ.* 4.].

Hymnus.

ADESTE, ſanctæ Cónjuges:
En illa fortis fémina,
Ornáta quæ virtútibus
Triumphat inter Cœlites.

NON illa luxu véſtium,
Non crine torto ſplénduit;
Cultu nitens ſed símplice,
Puris placébat móribus.

SE ſub ſerénis vúltibus
Auſtéra virtus ócculit;
Timet vidéri, ne ſuum,
Dum prodit, amittat decus.

PASCENDA cœleſti cibo,
Sacris ſtudébat lítteris;
Templo frequens, ſed sédula
Redíbat ad curam domûs.

DA, Chriſte, nos tecum mori,
Tecum ſimul da súrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Si ſit Martyr, ℣. Factus es ſpes mea, Dómine, ℟. Turris fortitúdinis à fácie inimíci. *Pſ.* 60.

Ad Magníficat *Ant.* 4. D. Deus cœlórum, exaudi me deprecantem, & de tua miſericórdia præſumentem; ut gentes agnoſcant quia tu es Deus, & non eſt álius præter te: allelúia. *Judith.* 9.

Oratio, infrà ad Laudes.

Si non ſit Martyr, ℣. Averte óculos meos ne vídeant vanitátem; ℟. In via tua vivífica me. *Pſ.* 118.

Ad Magníficat *Ant.* 1. A. Exultávit cor meum in Dómino, & dilatátum eſt os meum, quia lætáta ſum in ſalutári tuo: allelúia. *I. Reg.* 2.

Oratio, infrà ad Laudes.

[*In Annualib.* AD COMPLET. *Ant.* 3. c. Non extinguétur in nocte lucerna ejus: allelúia. *Prov.* 31.

Ad Nunc dimittis *Ant.* 5. a. Deus oſtendet ſplendórem

um in te: alle-
uch. 5].
TUTINUM.
. Deum in quo
anctæ mulíeres,
, adorémus: al-
Petr. 3.
, Veníte, *pag.* 2.
Iymnus.
ET Deo quæ Fé-
nina,
ıſtrà cógitat:
igentes ſúblevat,
itur præcónibus.
ESSE quærit óm-
ıibus,
neſtis ánxia;
cuſtos vírginum,
mater órphanis.
IS latentem ví-
ıbus
fovébat hóſpi-
em:
a ſubtraxit ſibi,
ındit pródiga.
M domi, pacem
oris
t ſiléntio;
at compónere,
ıens ſit ómnibus.
hriſte, nos tecum
nori;
mul da súrgere:
da contémnere;
a cœléſtia.
aus Patri, laus
io,
triumphátâ nece,
ſecum dux vocat:
tibi laus, Spíritus.
nen.
. d. Accinxit for-
Verna.

titúdine lumbos ſuos, & roborávit bráchium ſuum: allelúia. *Prov.* 31.

Ant. 3. c. Manum ſuam miſit ad fórtia, & dígiti ejus apprehendérunt fuſum: allelúia. *Prov.* 31.

Ant. 8. g. Quæsívit lanam & linum, & operáta eſt consílio mánuum ſuárum: allelúia. *Prov.* 31.

℣. Anima ejus in bonis demorábitur, ℟. Et ſemen ejus hæreditábit terram. *Pſ.* 24.

℟. *j.* Confídit in ea cor viri ſui: * De nocte ſurrexit, dedítque prædam doméſticis ſuis, & cibária ancillis ſuis: allelúia, allelúia. ℣. Si quis ſuórum, & máximè domeſticórum, curam non habet, fidem negávit, & eſt infidéli detérior. * De nocte. *Prov.* 31. *I. Tim.* 5.

℟. *ij.* Erat in ómnibus famoſíſſima, quóniam * Timébat Dóminum valdè, nec erat qui loquerétur de illa verbum malum: allelúia, allelúia. ℣. Hæc erat plena opéribus bonis, & eleemóſynis quas faciébat. * Timébat. Glória. * Timébat. *Judith.* 8. *Act.* 9.

AD LAUDES.

Antiphona, 1. f.

IN ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam: allelúia. *Judith.* 13.

Ant. 3. *a.* Magna facta eſt; erat virtúti caſtitas adjuncta: allelúia. *Judith.* 16.

Ant. 2. D. Non diſcedébat de templo, jejúniis & obſecratiónibus ſérviens nocte ac die: allelúia. *Luc.* 2.

Ant. 7. *d.* In opéribus.

Canticum. Prov. 31.

OS ſuum apéruit ſapiéntiæ (múlier fortis,) * & lex cleméntiæ in lingua ejus.

Conſiderávit ſémitas domûs ſuæ, * & panem otióſa non comédit.

Surrexérunt filii ejus, & beatíſſimam prædicavérunt; * vir ejus, & laudávit eam:

Multæ fíliæ congregavérunt divítias: * tu ſupergreſſa es univerſas.

Fallax grátia, & vana eſt pulchritúdo: * múlier timens Dóminum, ipſa laudábitur.

Date ei de fructu mánuum ſuárum; * & laudent eam in portis ópera ejus.

Ant. In opéribus bonis teſtimónium habens, filios educávit, omne opus bonum ſubſecúta eſt: allelúia. *Tim.* 5.

Ant. 5. a. Surrexérunt filii ejus, & beatíſſimam prædicavérunt; vir ejus, & laudávit eam: allelúia. *Prov.* 31.

Capitulum. Eccli. 26.

SIcut ſol óriens mundo in altíſſimis Dei, ſic mulíeris bonæ ſpécies in ornamentum domûs ejus.

Hymnus.

O Jam beáta, quæ ſuo
Tandem ſolúta córpore,
Vinclis perennióribus
Uni Deo conjúngitur!

PER quos gradus cœlum petit,
Hâc ire vos omnes docet,
Junctæ jugáli vínculo,
Et vos ſolútæ cónjuges.

INSIGNIS & nos Féminæ
Sequi decet veſtígia;
Magnum vel ipſis quæ fuit
Virtútis exemplum viris.

QUEIS arſit illa, fac, Deus,
Flagrémus & nos ígnibus;
Eoque, quo te vis coli,
Amóre, fac, mens te colat.

DA, Chriſte, nos tecum mori,
Tecum ſimul da súrgere:
Terréna da contémnere,
Amáre da cœléſtia.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Si ſit Martyr, ℣. Adhæſit ánima mea poſt te, Deus meus; ℟. Me ſuſcépit déxtera tua. *Pſ.* 62.

Ad Benedictus *Ant.* 6. F.

odum mirábilis,
·um memóriâ di-
ıo ánimo ferébat
ſpem quam in De-
:bat: allelúia. *Il.*
·.

Oratio.

, cujus grátiâ vir-
in infirmitáte per-
argíre nobis, quæ-
ıeátæ *N.* Mártyris
nphum recolénti-
ıuæ à te accépit ut
, à te quoque vin-
átiam nobis obtí-
:r Dóminum.

ı *ſit Martyr*, ℣. A-
ea Dómino vivet;
men meum sérviet
. 21.

:nedíctus *Ant.* 6. F.
ta es à Dómino;
m omnis pópulus
n te eſſe virtútis:
Ruth. 3.

Oratio.

, quæſumus, Dó-
:, intercedente beá-
opitius plebi tuæ;
tibi non placent
:es, tuórum repleá-
ſidério mandató-
:r Dóminum.

vidua, *Oratio.*

s, in quem ſperat
ınis ánima quæ,
ı terris póſita, ſe
luam ſentit ac de-
; tríbue nobis, quæ-
ut exemplo beátæ
cratiónibus & ora-
; nocte ac die in-

ſtantes, cœléſtium conſola-
tiónum mereámur eſſe par-
tícipes; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. In ancilla ſua.

ÁD TERTIAM.

Ant. 3. *a.* Magna.

Capitulum. Eccli. 40.

Filii & ædificátio civitá-
tis confirmábit nomen,
& ſuper hæc múlier imma-
culáta computábitur.

℟. *br.* Deus meus prote-
ctor eſt ſperántium in ſe:
* Allelúia, allelúia. ℣.
Póſuit immaculátam viã
meam. * Allelúia, alle-
lúia. Glória. ℟. Deus.
Pſ. 17.

℣. Ab omni via mala pro-
híbui pedes meos, ℟. Ut
cuſtódiam verba tua. *Pſ.*
118.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Non diſcedébat.

Capitulum. I. Tim. 2.

Volo mulíeres oráre in
hábitu ornáto, cum
verecúndia & ſobrietáte
ornántes ſe, & non in tor-
tis crínibus, aut auro, aut
margarítis, vel veſte pre-
tióſa.

℟. *br.* Exultábo & lætá-
bor in miſericórdia tua,
Dómine: * Allelúia, al-
lelúia. ℣. Quóniam re-
ſpexiſti humilitátem meã,
* Allelúia, allelúia. Gló-
ria. ℟. Exultábo. *Pſ.* 30.

℣. Ad ómnia mandáta
tua dirigébar: ℟. Omnem

viam iníquam ódio hábui. *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Surrexérunt.

Capitulum. Eccli. 36.

QUi póſſidet mulíerem bonam, inchoat poſſeſſiónem; adjutórium ſecundùm illum eſt, & columna ut réquies.

℟. *br.* Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: * Allelúia, allelúia. ℣. Et glorificábo nomen tuum in æternum. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Confitébor. *Pſ.* 85.

℣. Tu, Dómine, glória mea, ℟. Et exaltans caput meum. *Pſ.* 3.

AD VESPERAS.

Antiphona, 5. a.

EO quòd caſtitátem amáveris, manus Dómini confortávit te; & ídeò eris benedícta in æternum: allelúia. *Judith.* 15.

Ant. 8. g. Multæ fíliæ congregavérunt divítias: tu ſupergreſſa es univerſas: allelúia. *Prov.* 31.

Ant. 7. d. Tu glória Jerúſalem, tu lætítia Iſrael, tu honorificéntia pópuli noſtri: allelúia. *Judith.* 15.

Ant. 6. F. Deus det tibi grátiam, ut ſit nomen tuum in número ſanctórum & juſtórum: allelúia. *Judith.* 10.

Ant. 1. D. Ora pro nobis, quóniam múlier ſancta es & timens Deum: allelúia. *Judith.* 8.

Capitulum. I. Tim. 2.

MUlier ſalvábitur per filiórum generatiónem, ſi permánſerit in fide, & dilectióne, & ſanctificatióne cum ſobrietáte.

Hymnus, O jam beáta, *pag.* l.

Si ſit Martyr, ℣. Videant qui odérunt me, & confundantur, ℟. Quóniam tu, Dómine, adjuviſti me. *Pſ.* 85.

Ad Magníficat *Ant.* 3. a. Confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam adjútor & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum à perditióne: allelúia. *Eccli.* 51.

Si non ſit Martyr, ℣. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me. ℟. In æquitáte tua. *Pſ.* 142.

Ad Magníficat *Ant.* 5. C. Fortitúdo & decor indumentum ejus: date ei de fructu mánuum ſuárum; & laudent eam in portis ópera ejus: allelúia. *Prov.* 31.

COMMUNE

RONI, VEL TITULARIS,

N QUADRAGESIMA.

a de Communi conveniente, exceptis qua r. In toto Officio, omittitur Allelúia *in fine narum, Reſponſoriorum, &* ℟℟. *brev. In nnor. Doxol. de Tempore, niſi adſit propria.*

ATUTINUM.

IOCTURNO.

ı. g. Quaſi lux s procédit, & creſ- ıe ad perfectam *roverb.* 4.

;. a. Turris fortíſ- men Dómini: ad :urrit juſtus, & ur. *Proverb.* 18.

'. b. Præcepta súſ- ıbulat ſimplíciter, confidenter. *Pro-*

ı Dei ejus in corde .Et non ſupplanta- reſſus ejus. *Pſ.* 36. ıoſter.

ıes de Scriptura e.

In lege Dómini ejus, & in lege [editábitur die ac Quóniam opor- er oráre, & non * Meditábitur. :c, 18.

℟. *ij.* Stabilíta ſunt bona illíus in Dómino: * Eleemóſynas illíus enarrábit omnis ecclésia Sanctórum. ℣. Séminat in benedictióni- bus, de benedictiónibus & metet. * Eleemóſynas. *Eccli.* 31. *II. Cor.* 9.

℟. *iij.* Oratiónes tuæ & eleemóſynæ tuæ * Aſcendérunt in memóriam † In conſpectu Dei. ℣. In manſuetúdine ôpera tua: * Aſcendérunt. Glória † In. *Act.* 10. *Eccli.* 3.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Pergébat ad templum Dómini, & ibi adorábat Dóminum Deum Iſrael. *Tob.* 1.

Ant. 3. c. De omni corde ſuo laudávit Dóminum, & diléxit Deum. *Eccli.* 47.

Ant. 4. d. Céntuplum accípiet, & vitam ætérnam poſſidébit. *Matth.* 19.

℣. Tu, Dómine, ſuſ-

ceptor meus es, ℟. Glória mea & exaltans caput meum. *Pſ.* 3.

Pater noſter.

Sermo ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Libr. 1. *Off. Cap.* 13 & 16.

Lectio iv.

NOn poteſt quis præmium accípere, niſi legítimè certáverit: nec eſt glorióſa victória, niſi ubi fúerint laborióſa certámina. Nonne injuſtus eſt, qui antè quærat præmium, quàm certámen fúerit abſolútum? Ideóque Dóminus in Evangélio ait: Gaudéte & exultáte, quóniam merces veſtra copióſa eſt in cœlo. Futúram, non præſentem; in cœlo, non in terra, mercédem promíſit eſſe reddendam. Quid álibì poſcis, quod álibì debétur? quid præprópere corónam éxigis, ántequam vincas? quid detérgere púlverem? quid requiéſcere cupis? Quid epulári geſtis, ántequam ſtádium ſolvátur? Adhuc pópulus ſpectat, adhuc athlétæ in ſcámmate ſunt; & tu jam ótium petis.

℟. *iv.* Innocens mánibus & mundo corde non accépit in vano ánimam ſuam, nec jurávit in dolo próximo ſuo. * Accípiet benedictiónem à Dómino. ℣. Expectans conſolatiónem Iſrael. * Accípiet. I *Luc.* 2.

Lectio v.

SEd fortè dicas impii lætantur? xuriantur? cur éti non mecum lab Quóniam qui no ſcrípſerint ad co non tenentur ad l certáminis: qui i dium non deſcénc non ſe perfundunt non oblíniunt p Quos manet glór pectat injúria. Un ti ſpectáre ſolent, certáre; non ſolen púlverem imbreſq peti. Dicant ergo athlétæ: Veníte, cum laboráte. Sed débunt ſpectatóre hìc ínterim de vol cámus; vos autem bis corónæ, ſi v glóriam vindicábi

℟. *v.* Ambulávi ſpectu tuo, in ve juſtítia & recto c cum: * Cuſtodiſti mine, miſericórdia grandem. ℣. Hab ætern am, & in j non venit, ſed t morte in vitam. * diſti. *III. Reg.* 3. J

Lectio vj.

ISti ígitur qui ciis, qui in l rapínis, quæſtibus ribus, ſtúdia p

pectatóres magis
m præliatóres. Ha-
rum labóris, fru-
rtútis non habent.
ótium, aſtútià &
táte ággerant di-
n acervos; ſed ex-
ſeram licèt, ne-
uæ pœnam. Per-
n eſt coróna. Ex-
véniat quod per-
eſt., quando non
iem in ænígmate,
e ad fáciem for-
ſam redopertæ ve-
oſſis agnóſcere. .
. Poſuiſti, Dómi-
cápite ejus coró-
: lápide pretióſo:
i pétiit à te, & tri-
longitúdinem dié-
n ſéculum & in ſé-
éculi. ℣. Factum eſt
rétur, & portaré-
Angelis in ſinum
. * Vitam. Glória.
ulum. *Pſ.* 20. *Luc.*

I. NOCTURNO.
hona & ℣. de Com-
nveniente. Lectio
iij. Homilia in E-
um ut infrà, juxta
tem & titulum Pa-
diviſione factâ ad
*m * : ℟ ℟. de Com-*
ectio ix. Homilia

a de Communi.
ORE PASCHALI.
fficium Patroni, vel
eſit in Proprio, ſume-
tur de Communi. AD NOCTURN. *Lectio j. de Script. occurr. Lectio ij.* (*ſi nulla ſit in Breviario,*) Sermo ſancti Ambróſii... Non poteſt, *ut ſuprà. Lectio iij. Homilia, pro dignitate Titularis, ut infrà. Cætera de Communi.*

HOMILIÆ PRO FESTIS
Patroni, vel Titularis.

PRO UNO
MARTYRE.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.
Lectio iij. Cap. 16.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Si quis vult poſt me veníre, ábneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequátur me. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.
Homil. 35. *in Evangelia.*

QUia Dóminus ac Redemptor noſter novus homo venit in mundum, nova præcepta dedit mundo. Vitæ étenim noſtræ véteri in vítiis enutrítæ contrarietátem oppóſuit novitátis ſuæ. Quid enim vetus, quid carnális homo nóverat? niſi ſua retinére, aliéna rápere, ſi poſſet; concupíſcere, ſi non poſſet. Sed cœleſtis médicus ſingulis quibuſque vítiis obviántia ádhibet medicamenta. Nam ſicut arte medicinæ

cálida frígidis, frígida cálidis curantur: ita Dóminus noſter contrária oppóſuit medicamenta peccátis, ut lúbricis continéntiam, tenácibus largitátem, iracundis manſuetúdinem, elátis præcíperet humilitátem. * Certè cùm ſe ſequéntibus nova mandáta propóneret, dixit: Niſi quis renuntiáverit ómnibus quæ póſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ac ſi apertè dicat: Qui per vitam véterem aliéna concupíſcitis, per novæ converſatiónis ſtúdium & veſtra largímini. Quid verò in hac lectióne dicat, audiámus: Qui vult poſt me veníre, ábneget ſemetipſum. Ibi dícitur, ut abnegémus noſtra; hîc dícitur, ut abnegémus nos. Et fortaſſe laborióſum non eſt hómini relínquere ſua; ſed valdè laborióſum eſt relínquere ſemetipſum.

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio iij. Cap. 21.

IN illo témpore: Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Cùm audiéritis prælia & ſeditiónes, nolíte terréri: oportet primùm hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 35. *in Evang.*

AUdítis tot terróribus, turbári póterant infirmórum corda, atque ideò conſolátio adjúngitur: Pónite ergo in córdibus veſtris non præmeditári quemádmodùm reſpondeátis. Ego enim dabo vobis os & ſapiéntiam cui non póterunt reſíſtere & contradícere omnes adversárii veſtri. Ac ſi apertè membris ſuis infirmántibus dicat: Nolíte terréri, nolíte pertiméſcere: vos ad certámen accéditis, ſed ego prælior: vos verba éditis, ſed ego ſum qui loquor. * Séquitur: Tradémini autem à paréntibus, & frátribus, & cognátis, & amícis, & morte affícient ex vobis. Sed quia dura ſunt quæ prædicuntur de afflictióne mortis, prótinùs conſolátio súbditur de gáudio reſurrectiónis, cùm dícitur: Capillus de cápite veſtro non períbit; vidélicet apertè dicens: Cur timétis ne péreat quod incíſû dolet, quando & illud in vobis períre non poteſt, quod incíſû non dolet?

PRO PONTIFICIBUS.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 25.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis pará-

n hanc : Homo pére-
roficiſcens, vocávit
s ſuos, & trádidit illis
ſua. Et uni dedit
que talenta, álii au-
duo, álii verò unum.
liqua.
nília ſancti Gregórii
Papæ.
mil. 9. in Evangel.
ctio ſancti Evangé-
ii, fratres cariſſimi,
ité conſideráre nos
nct, ne nos qui plus
is in hoc mundo ac-
ſe áliquid cérnimur
uctóre mundi, grá-
inde judicémur. Cùm
augentur dona, ra-
es étiam creſcu[illegible] do-
m. Tantò ergo eſſe
ílior, atque ad ſer-
dum Deo prómptior
que debet ex múnere,
rò ſe obligatiórem eſ-
ónſpicit in reddenda
ne. Ecce homo qui
grè proficíſcitur, ſer-
ſuos vocat, iiſque ad
tium talenta partítur.
ſt multum verò témpo-
oſitúrus cum eis ratió-
revértitur : benè ope-
es pro apportáto lucro
nerat, ſervum verò
no ópere torpentem
nat. Quis ítaque iſte
o eſt, qui péregrè pro-
itur; niſi Redemptor
er qui ſervis ſuis bona
trádidit, quia fidéli-
ſuis ſpirituália dona

conceſſit? Et uni quidem dedit quinque talenta, álii duo, álii verò commíſit unum.

PRO DOCTORIBUS,
Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.
Lectio iij. Cap. 5.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal evanúerit, in quo ſaliétur? Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.
Libr. 1. de Serm. Domini in Monte. Cap. 6.

OStendit Dóminus fátuos eſſe judicandos, qui temporálium bonórum vel cópiam ſectantes, vel inópiam metuentes, amittunt ætérna, quæ nec dari poſſunt ab homínibus, nec auferri. Itaque ſi ſal infatuátum fúerit, in quo ſaliétur? id eſt, ſi vos, per quos condiendi ſunt quodámmodò pópuli, metu perſecutiónum temporálium amiſéritis regna cœlórum; qui erunt hómines, per quos à vobis error auferátur, cùm vos elégerit Deus, per quos errórem áuferat ceterórum? * Ergo ad níhilum valet ſal infatuátum, niſi ut mittátur foràs, & calcétur ab homínibus. Non ítaque calcátur ab homínibus qui pátitur perſecutiónem;

áltero placére nequáquam poteſt, ſi aut is qui bona agit, adhuc luxúriæ inquinamenta non déſerit? aut is qui caſtitáte præéminet, necdum ſe per bona ópera exercet.* Nec cáſtitas ergo magna eſt ſine bono ópere, nec opus bonum eſt áliquod ſine caſtitáte. Sed & ſi utrumque ágitur, reſtat ut quiſquis ille eſt, ſpe ad ſupernam pátriam tendat, & nequáquam ſe à vítiis pro mundi hujus honeſtáte contíneat. Qui etſi quædam bona aliquandò pro honeſtáte inchoat; in ejus tamen intentióne non debet permanére, nec per bona ópera præſentis mundi glóriam quærere; ſed totam ſpem in redemptóris ſui adventum conſtítuat. Unde & prótinùs súbditur: Et vos símiles homínibus expectántibus Dóminum ſuum quando revertátur à núptiis.

PRO VIRGINIBUS.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 25.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile erit regnum cœlórum decem virgínibus quæ, accipientes lámpades ſuas, exiérunt óbviam ſponſo & ſponſæ. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

In Evang. Homil. 12.

OMnes lámpades habent, ſed omnes óleum non habent; quia plerumquè bona in ſe ópera cum electis & réprobi oſtendunt: ſed ſoli ad ſponſum cum óleo véniunt, qui de his quæ forìs égerint, intùs glóriam requírunt. Unde per Pſalmiſtam quoque de ſancta electórum eccléſia dícitur: Omnis glória ejus, fíliæ Regis, ab intùs. Moram autem faciente ſponſo, dormitavérunt omnes & dormiérunt; quia dum veníre Judex ad extrémum judícium differt, electi & réprobi in mortis ſomno ſopiuntur.* De adventu ſponſi clamor in média nocte fit; quia ſic dies judícii ſurrépit, ut prævidéri non váleat quando venit. Unde ſcriptum eſt: Dies Dómini, ſicut fur in nocte, ita véniet. Tunc omnes vírgines ſurgunt, quia & electi & réprobi à ſomno ſuæ mortis excitantur. Lámpades ornant, quia ſua ſecum ópera númerant, pro quibus æternam recípere beatitúdinem expectant. Sed lámpades fatuárum vírginum extinguuntur, quia eárum ópera quæ clara homínibus foris apparuérunt, in

ı Júdicis intùs ob-
ur: & à Deo retri-
:m non invéniunt,
ɒ eis recepérunt ab
bus laudes quas a-
ınt.

MULIERIBUS.

› ſancti Evangélii
dùm Matthæum.

tio iij. Cap. 13.
lo témpore; Dixit
; diſcípulis ſuis pa-
n hanc: Símile eſt
ı cœlórum theſau-
:óndito in agro. Et
..

lia ſancti Gregórii
Papæ.

il. 11. *in Evang.*
lórum regnum, fra-
:s cariſſimi, idcircò
s rebus símile díci-
ex his quæ ánimus
ſurgat ad incógni-
non novit: quáte-
:mplo viſibílium ſe
iſibília rápiat, &
quæ uſu dídicit,
:onfricátus incaleſ-
: per hoc quod ſcit
diligere, diſcat &
ita amáre. Ecce e-
:lórum regnum the-
abſcóndito in agro
rátur; quem qui ín-
aomo, abſcondit,
& præ gaúdio illíus vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum. * Quâ in re hoc quoque notandum eſt, quòd inventus theſaurus abſcónditur, ut ſervétur: quia ſtúdium cœleſtis deſidérii à malignis ſpirítibus cuſtodíre non ſúfficit, qui hoc ab humánis laúdibus non abſcondit. In præſenti enim vita quaſi in via ſumus, quâ ad pátriam pérgimus. Maligni autem ſpíritus iter noſtrum quaſi quidam latrúnculi obſídent. Deprædári ergo desíderat, qui theſaurum públicè portat in via. Hoc autem dico, non ut próximi ópera noſtra bona non vídeant, cùm ſcriptum ſit: Vídeant ópera veſtra bona, & gloríficent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt: ſed ut per hoc quod ágimus, laudes extériùs non quærámus. Sic autem ſit opus in público, quátenùs inténtio máneat in occulto: ut & de bono ópere próximis præbeámus exemplum; & tamen per intentiónem, quâ Deo ſoli placére quærimus, ſemper optémus ſecrétum.

LECTIONES

DICENDÆ

INTRA OCTAVAM

PATRONI, VEL PATRONÆ

Diebus intra Octavam, nullâ dignitatis cujuſ Sancti habitâ ratione, Lectiones dicentur, etiam pro Apoſtolo, ut infrà, niſi adſint propriæ.

DIE II.

Sermo ſancti Basílii Epíſcopi.

Orat. in 40. Mart.

Lectio ij.

HI ſunt qui acceptam à Deo noſtram regiónem, quaſi turres quædam contra adverſariórũ incurſum munientes, refúgium éxhibent. Benefícium hoc, fratres dilectíſſimi, grátiam hanc mínimè ceſſantem à Deo obtinémus. Parátum eſt hîc Chriſtiánis auxíliũ. Qui áliquâ prémitur anguſtiâ, ad hos cónfugit; qui rursùs lætátur, ad hos recurrit. Hic ut à malis liberétur, ille ut duret in rebus lætis. Hæc múlier orans pro fíliis audítur, peregrinanti viro réditum incólumem, ægrotanti verò ſalútem implórat & óbtinet.

Lectio iij.

O Sanctum chorum ſacrum órdinem cúncum inexpugnábile ô commúnes humáni ge ris cuſtódes! óptimi c rum ſócii! precum ac tórum ínvicem ſuffrag res! legáti apud Deum tentíſſimi! aſtra mu flores Eccleſiárum, non terra contexit, cœlum excépit. A ſunt vobis paradíſi po dignum profectò ex bus Angelórum, Pa chis, Prophétis & ómnibus ſpectáculum

DIE III.

Sermo ſancti Augu Epíſcopi.

Tract. 1. in C. 2. Ep. J

Lectio ij.

JOannes quid dixi quis peccáverit, cátum habémus ad P Jeſum Chriſtum ju Sed dicet áliquis:

n petunt pro no-
› Epíſcopi & Præ-
ı petunt pro pó-
:d atténdite ſcri-
& vidéte quia &
commendant ſe
Nam Apóſtolus
›i : Orantes ſimul
›is. Orat Apóſto-
lebe, orat plebs
tolo. Orámus pro
atrcs; ſed & vos
› nobis. Invicem
ómnia membra
ıput pro ómnibus
:t.

280. *Lectio iij.*

lixit Dóminus pu-
:cum magnis. Non
arum videátur,
ıs córporis mem-
ıs, cujus & illi
juiparári non póſ-
›uia ſi unum mem-
itur, compatiun-
ı membra; ita, cùm
ur unum mem-
›ngaudent ómnia
Sicut ille unus
ſuam pro nobis
ta & imitáti hunc
; ánimas pro frá-
›ſuérunt; atque ut
ulórum tanquam
ıı copioſiſſima fer-
rgeret, terram ſuo
irrigavérunt. Fru-
›ris ergo illórum
os ſumus. Mirá-
, miſerantur nos.
nur eis, precan-
ıobis.

DIE IV.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

In Vig. SS. Petri & Pauli.

Lectio ij.

TRia ſunt quæ in feſtivitátibus Sanctórum vigilanter conſideráre debémus, auxílium Sancti, exemplum ejus, confuſiónem noſtram. Auxílium ejus; quia qui potens in terra fuit, poténtior eſt in cœlis ante fáciem Dómini Dei ſui. Si enim, dum hîc víveret, miſertus eſt peccatóribus, & orávit pro eis; nunc tantò ámpliùs, quantò vériùs agnoſcit miſérias noſtras, orat pro nobis Patrem: quia beáta illa pátria caritátem ejus non immutávit, ſed augmentávit. Neque enim quia impaſſíbilis omnínò, ídeò & incompaſſíbilis factus eſt.

Lectio iij.

DEbémus étiam atténdere exemplum ejus; quia quámdiu in terris viſus eſt, & cum homínibus conversátus eſt, non declinávit, neque ad déxteram, neque ad ſiniſtram; ſed viam régiam ténuit, donec veníret ad illum qui dicit: Ego ſum via, véritas & vita. Intuémini humilitátem óperum ejus, auctoritátem verbórum ejus, & tunc vidébitis quómodò tam verbo quàm exemplo lúxerit inter hó-

mines : quália nobis veſtígia derelíquerit, ut ambulémus per ea, & non errémus in eis. Verè, juxta Prophétam, sémita juſti recta eſt; rectus callis juſti ad ambulandum.

D I E V.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

In Vig. SS. Petri & Pauli.

Lectio ij.

DIligentióri intúitu in feſtivitátibus Sanctórum confuſiónem noſtram inſpiciámus; quia homo ille símilis nobis fuit, paſſíbilis, ex eódem luto formátus ex quo & nos. Quid ergo eſt, quòd non ſolùm difficile, ſed & impoſsíbile crédimus, ut faciámus ópera quæ fecit? Confundámur, fratres, & contremiſcámus. Hómines iſti fuérunt, qui præceſſérunt nos, qui tam mirabíliter proceſſérunt per vias vitæ, ut vix eos hómines fuiſſe credámus. Sic ergo & gaudére, & confundi debémus: gaudére, quia patrónos præmíſimus; confundi, quia eos imitári non póſſumus.

Lectio iij.

ITa ſemper gaúdium noſtrum in hac valle lacrymárum, lacrymárum pane condíri debet; ut ſemper non ſolùm extréma, ſed & prima gaúdii luctus óccupet: qui[a] magna eſt gaudióru[m] [ma]téria, ſed máxima c[onfuſio] lórum. Verè nobis [materia] confuſiónis ſunt, qu[os non] audeámus reſpícere, [ne] dicam, imitári. O[remus] ergo eos, ut ipſi prop[itii] nobis reddant amícu[m] júdicem noſtrum, q[ui eſt] Deus benedictus in ſ[æcula]. Amen.

D I E VI.

Sermo ſancti Berna[rdi] Abbátis.

In Feſto omnium San[ctorum]

Serm. 2. §. 1. Lect[io]

ERit, præſtante D[omi]no, triplex ſ[ermo] de Sanctórum felici[tate] litas; quátenùs ágr[...] ex parte áliqua, f[...] tributióne Sanctór[um] bundantióri deinc[eps ſol]licitúdine ipsórum [inhære]re veſtígiis, ac fe[rventio]ri deſidério ad eó[rum aſ]ſpiráre consórtia, [devo]tióri quoque devo[tione eo]rumdem nos com[mendare] patrocíniis ſtude[amus. Fi]délis quippe ſerm[o, & om]ni acceptióne di[gnus, ut] quos ſolemni ven[eratione] proſéquimur, étia[m] converſatióne ſe[quamur.] Quos beatíſſimos [prædica]mus, ad eórum b[eatitudi]nem totâ aviditá[te ſuſpire]mus: quorum del[ectamur] præcóniis, ſublev[emur eo]rum patrocíniis.

ectio iij.
ſanè parum fru-
ɔſa invenítur me-
.tíva Sanctórum,
,n, tepórem erro-
epellens: cùm eó-
rceſſióne juvétur
s noſtra, conſide-
eatitúdinis exci-
;ligéntia noſtra,
.a quoque noſtra
erudiátur exem-

E VII.
ſancti Cæſárii
Epíſcopi.
30. *in Appendice*
l Auguſtinum.
Lectio ij.
ido feſtivitátes có-
us, fratres caríſſi-
enter debémus at-
& totis víribus la-
t quod viſibíliter
in nobis inviſibí-
pleátur. Qui nec
n cuſtódit in cór-
purità tem tenet in
uóties ſanctæ ſo-
:s advéniunt, in
vidétur habére
, in corde non cé-
ſi luctum. Quale
.dium poteſt ha-
cujus ánima mul-
occupáta magis
probátur habitáre
.riſtus. Nos verò,
arìſſimi, etiamſi
qua, ut ſolet fíe-
áta ſubrépunt,
póſſumus, cum

Dei adjutório laborémus jejúniis, vigíliis, oratiónibus, eleemóſynis mundáre sórdida; ut véniens Dóminus in nobis, nihil invéniat quod óculos ſuæ majeſtátis offendát.

Serm. 265. c. 4. Lectio iij.

Filios & omnes famílias veſtras admonéte, fratres, ſemper ut caſtè & juſtè ac ſalúbriter vivant: nec ſolùm eos verbis, ſed étiam exemplis ad bona ópera provocáte. Ante ómnia ubicumque fuéritis, ſive in domo, ſive in itínere, ſive in convívio, ſive in conſeſſu, verba túrpia & luxurióſa nolíte ex ore veſtro proferre; ſed magis vicínos & próximos veſtros júgiter admonéte ut ſemper quod bonum eſt & honeſtum, loqui ſtúdeant; ne fortè detrahendo, mala loquendo, & in ſanctis feſtivitátibus choros ducendo, cántica luxurióſa & túrpia proferendo, de lingua ſua, unde debúerant Deum laudáre, inde ſibi vúlnera videantur infligere. Iſti enim infelíces & miſeri hómines qui balatiónes & ſaltatiónes ante ipſas Baſílicas Sanctórum exercére nec métuunt, nec erubeſcunt; etſi Chriſtiáni ad Eccléſiam vénerint, pagáni de Ec-

cléſia revertuntur; quia iſta conſuetúdo balandi de paganórum obſer… remanſit.

DIE OCTAVA.

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi Epíſcopi.

Serm. Quòd Martyres aut imitandi ſunt, aut non laudandi.

Lectio ij.

QUi Sanctórum mérita religióſâ caritáte mirátur, quique Juſtórum glórias frequenti laude collóquitur, eórum mores ſanctos atque juſtítiam imitétur: quóniam quem delectat Sancti alicújus méritum, delectáre debet par circa Dei cultum obſéquiũ. Quare aut imitári debet, ſi laudat; aut laudáre non debet, ſi imitári detrectat: ut, qui álium laudat, laudábilem ſe reddat; & qui Sanctórum mérita admirátur, mirábilis ipſe vitæ ſanctitáte reddátur.

Lectio iij.

NAm, ſi proptéreà juſtos fideleſque dilígimus, quòd in ipſis juſtítiam fidemque ſuſpícimus, póſſumus nos quoque eſſe quod ſunt, ſi faciámus ipſi quod fáciunt. Neque enim difficile nobis eſt, quod ab ipſis géritur, imitári, cùm ſine præcedenti exemplo ab antíquis táli… conſpícimus; ut n… aliórum æmuli red… tur, ſed æmulandæ… tis ſeipſos nobis præ… exemplum: ut cùm … ipſis, & ex nobis áli… ficiunt, ſic Chriſtus i… ſemper ſervis in E… ſancta laudétur.

CANON PRO PAT… *ubi deeſt propr…*

Ex Concílio M… nenſi tértio ſub ſa… rolo. *Ann.* 1573. …

QUò religióſiu… uniuscujuſqu… chiæ Feſtum diem… illíus Sancti, Sa… cujus patrocínio P… lis Eccléſia dicáta… hortatiónibus ag… chus, ut ánimo … tant religióſas e… ctárum virtútum … tiónes; quarum i… cœlum ille vocá… ſempiternâ glóriâ… tur, pro caritáte … dat, eórum quon… tis patrocínium … preces Deo offert. … cti qui Paróchiæ … eſt & cuſtos, quò … imitatiónem mag… inflammentur, id …

et, cùm frequéntior cléſia pópulus adeſt, ſe aut álius in ſugge-s ejus ſanctè admira-biliterque geſtas, morum diſciplinam, pietátis ſtú-dia ac virtútes pronúntiet. Tu autem.

OFFICIUM EATÆ MARIÆ, IN SABBATO.

Semiduplex.

omnibus Sabbatis Temporis Paſchalis, præter in Vigiliis cujuſcumque Feſti, intra Octavas, ſi occurrat Feſtum Semiduplex aut ſuprà; fit um de Beata Maria *ſub ritu ſemiduplici, inci-o à Veſperis Feriæ VI. & terminando cum Nona.*

'mi Feriales in toto Officio.

VESPERIS.

t. 7. d. Super te orié-ɔminus, & glória ejus vidébitur: allelúia.

ı.

ıpitulum. Iſ. 11.

rediétur virga de ra-ce Jeſſe, & flos de ra-:jus aſcendet; & re-:et ſuper eum Spíri-ɔmini.

Hymnus.

l E, maris ſtella,
Dei mater alma,
: ſemper virgo,
cœli porta.
MENS illud Ave
:lis ore,
Funda nos in pace;
Mutans Evæ nomen.
SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
MONSTRA te eſſe ma-trem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.
VIRGO ſinguláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolútos
Mites fac & caſtos.
VITAM præſta puram,
Iter para tutum;
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.
SIT laus ſumma Patri,

Sit laus ſumma Nato;
Spirítui ſancto
Par laus, par & honor.
Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino; ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34.

Ad Magníficat *Ant.* 5. a. Exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo; quia reſpexit humilitátem ancillæ ſuæ: allelúia. *Luc.* 1.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Hymnus.

VIRGO Dei génitrix, quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit víſcera, factus homo.
HINC méritò dicent te ſécula cuncta beátam;
Hinc pópuli Matrem te Dominamque colunt.
TU Mater pietátis: opem te póſcimus omnes.
Subvénias fámulis, ô benedicta, tuis.
GLORIA magna Patri; compar ſit glória Nato:
Ambórum tibi par, Spíritus alme, decus.
Amen.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus: allelúia. *Matth.* 1.

Pſalmus, Veníte,

Hymnus.

O QUAM glorific coruſcas,
Stirpis Davídicæ rég les;
Sublímis réſidens, María,
Supra cœlígenas a omnes!
TU cum virgíneo honóre
Cœlórum Dómino p ris aulam
Sacris viſcéribus caſt diſti:
Humános Deus hi duit artus.
QUEM cunctus vé orbis adórat,
Cui nunc ritè genu tur omne;
A quo, te précibus niente,
Æterni pétimus gau gni.
DIVINÆ ſóboli q matrem
In terris vóluit, Patri:
Cujus virgo parens, Nato:
Quo fœcunda, tibi Flamen.
Amen.

Ant. 1. g. Appárui ſi Dóminus in flan gnis de médio rubi; bat quòd rubus ard non comburerétur lúia. *Exod.* 3.

℣. In ſole póſui náculum ſuum, ℟.

ıſus procé-
no ſuo. *Pſ.*

I. Petr. 1.
eus , qui
ſericórdiam
ı regenerá•
pem vivam
iónem Jeſu
órtuis.

Exultet ſpí-
ı Deo , quia
litátem an-
Amen. *Luc.* 1.
ı de Scriptura
tribus ſit una.
lictus Dómi-
it cœlum &
ia hódie no-
a magnificá-
:édat laus tua
ınum : alle-
ı. ℣. Reſpe-
humilitátem
* Quia. *Ju-*
1.
Nobiſcum ſit
ı ancilla ſua
ıiſericórdiam
promíſit dó-
udith. 13.
a & tertia Le-
ur duæ ex ſe-
o menſium di-
g. lxxj.
iſericórdia &
avérunt ſibi :
terra orta eſt;
cœlo proſpe-
, allelúia. ℣.
ıtus eſt Jeſus
Chriſtus.* Vé-

ritas. Glória. * Véritas. *Pſ.* 84. *Matth.* 1.

Benedictio. Invocet Dóminum, & loquátur Regi pro nobis, & líberet nos de morte. ℟. Amen. *Eſther.* 15.

Te Deum.

AD LAUDES.

Ant. 8. g. Benedicta es.

Canticum. Judith. 13.

LAudáte Dóminum Deũ noſtrum , * qui non deséruit ſperantes in ſe.

Et in me ancillâ ſuâ adimplévit miſericórdiam ſuam , * quam promíſit dómui Iſrael.

Et interfécit in manu mea * hoſtem pópuli ſui.

Benedicta es tu , fília , à Dómino Deo excelſo * præ ómnibus muliéribus ſuper terram.

Benedictus Dóminus qui creávit cœlum & terram ; * qui te direxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum :

Quia hódie nomen tuum ita magnificávit, * ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

Ant. Benedicta es tu , fília , à Dómino Deo excelſo præ ómnibus muliéribus ſuper terram : allelúia. *Judith.* 13.

Capitulum. Cant. 6.

QUæ eſt iſta quæ progréditur quaſi auróra conſurgens? pulchra ut lu-

na, electa ut ſol, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta.

Hymnus.

NUNC auróra, novæ núntia lucis,
Triſtes orbe procul díſſipat umbras:
Quantò lucídior, nocte ſepultis
Portans ipſa diem, Virgo, refulges!

O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas inde tuæ múnera lucis:
Te ſi terra dedit munus olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus?

INTER perpétuos Núminis hauſtus,
O Regína, tibi ſánguine junctum
Ne dediſce genus; noſtra fuiſti,
Summi facta parens, Virgo, Tonantis.

DIVINÆ sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen.
Amen.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus; ℟. Deus in médio ejus; non commovébitur. *Pſ.* 45.

Ad Benedictus *Ant.* 4. A. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui: allelúia. *Luc.* 1.

Oratio.

DEus, qui per reſurrectiónem Filii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti mundum lætificáre dignátus es: præſta, quæſumus, ut per ejus genitricem Vírginem Maríam perpétuæ capiámus gaudia vitæ; Per eumdem.

AD HORAS,

Doxologia.

QUI natus es de Vírgine
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Benedictus Dóminus qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum: allelúia. *Judith.* 13.

In ℟. *brevi.* ℣. Qui natus es de María Vírgine Allelúia, allel. *Matth*

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Multæ filiæ congregavérunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas: allelúia. *Prov.* 31.

Capitulum. Geneſ. 3.

AIt Dóminus Deus ad ſerpentem: Inimicitias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum & ſemen illíus: ipſa cónteret caput tuum.

℟. *br.* Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ * Allelúia, allelúia.

æ dómui Iſrael.
, allelúia. Gló-
.ecordátus eſt.

operátus eſt ſa-
édio terræ; ℟.
;iſti cápita dra-
ȝ.
: X T A M.
. In te benedi-
erſæ cognatió-
llelúia. *Geneſ.*

n. Eccli. 24.
ávit me, requié-
n tabernáculo
tit mihi : In Ja-
ta , & in Iſrael
, & in electis
radíces.
. Deus in médio
ommovébitur :
allelúia. ℣. Ad-
ı Deus manè di-
Allelúia , alle-
Patri. ℟. Deus.

ır in diébus ejus
Et abundántia
'ı.
O N A M.
. Deus oſtendet
ſuũ in te omni
o eſt : allelúia.

ı. Judith. 13.
ı tuum Dñs ita
ificávit, ut non
: tua de ore hó-
émores fúerint
nini in æternũ.
Vultum tuum
tur : * Allelúia,

allelúia. ℣. Omnes dívites plebis. * Allelúia , allelúia. Glória. ℟. Vultum.

℣. Concupiſcet Rex decórem tuum ; ℟. Quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſ.* 44.

LECTIONES ſequentes dicuntur ſuo quæque menſe in Officio Beatæ Mariæ in Sabbato.

MENSE APRILI.

Ex libro ſancti Hierónymi Presbyteri adversùs Joviniánum.

Lectio ij. Apol. ad Pamm.

CHriſtus virgo ; mater Vírginis noſtri virgo perpétua, mater & virgo. Jeſus enim clauſis ingreſſus eſt óſtiis ; & in ſepulcro ejus, quod novum & in petra duríſſima fúerat excíſum , nec ánteà quis, nec póſteà póſitus eſt. Hortus conclúſus , fons ſignátus ; de quo fonte ille flúvius manat juxta Joel, qui írrigát torrentem vel fúnium, vel ſpinárum : fúnium, peccatórum quibus ante alligabámur : ſpinárum , quæ ſuffócant ſementem patris famílias. Hæc eſt porta orientális, ut ait Ezéchiel, ſemper clauſa & lúcida , opériens in ſe , vel ex ſe próferens Sancta Sanctórum ; per quam Sol juſtítiæ & Póntifex noſter ſecundùm órdinem Melchíſedech , ingréditur & egréditur. Reſpóndeant mihi

quómodò Jeſus ingreſſus eſt clauſis óſtiis, cùm palpandas manus, & latus conſiderandum, & oſſa carnemque monſtráverit, ne véritas córporis phantaſma putarétur; & ego reſpondébo quómodò ſancta María ſit & mater & virgo. Igitur Chriſtus virgo, virgo María utriuſque ſexûs virginitátem dedicavére.

Ex Epíſtola ſancti Athanáſii Epíſcopi ad Epictétum.

Lectio iij.

HUmánum natúrâ erat quod ex María pródiit, ſecundùm divínas Scriptúras, verumque erat Dómini corpus: verum, inquam, fuit, cùm idem atque noſtrum exſtíterit. Soror étenim noſtra eſt María; omnes quippe ex Adam orti ſumus. Nam poſtquam à mórtuis ſurrexiſſet, cùm quidam exiſtimárent ſe non in córpore ex María génito Dóminum aſpícere, ſed illíus loco ſpíritum vidére, dixit ille: Palpáte me, & vidéte; quia ſpíritus carnem & oſſa non habet, ſicut me vidétis habére. Non dixit, ut me vidétis carnem & oſſa eſſe; ſed, habére: ne ipſummet Verbum in res illas transformátum fuiſſe cenſerétur; ſed illas & ante mortem, & poſt reſurrectiónem habére crederétur.

MENSE MAI

De expoſitióne ſancti
lii Epíſcopi in Iſai
Prophétam.

Lectio ij. Cap. 8

ACceſſi ad prop
ſam, & in útero
pit & péperit filium.
eſt: Acceſſi ad proph
Hoc eſt appropinquá
ritu & prænotióne f
rum, & perſpexi eju
ceptiónem è longin
óculis in propheti
tiam attentis. Péperi
lium de quo dixit D
nus: Vocábis nomen
Velóciter détrahe ſp
Citò prædáre.

Lectio iij.

QUòd María pr
tiſſa fúerit ad
próximè per cognit
acceſſit Iſaías, nem
tradíxerit, qui ſit
verbórum Maríæ
prophéticè elocút
Quid enim ait? M
cat ánima mea Dóm
& exultávit ſpíritu
in Deo ſalutári me
reſpexit humilitáten
læ ſuæ: ecce enim
Beátam me dicent
generatiónes. Quò
mum accommodáve
verſis ejus verbis, n
bitábis dícere eam
propheti ſſam, qui
mini Spíritus in eam
vénerit, & virtus
mi obumbráverit ei

OFFI

CIUM PARVUM
Æ MARIÆ VIRGINIS.

, *quoties ſit Officium ſemiduplex , aut ſu-
Octavas quaſcumque. Aliàs autem dicitur
ndùm uſum & conſuetudinem locorum , in
ibus & Feriis ; tuncque omittitur Suffra-
a in Laudibus & Veſperis.*
*a hujus Officii dicuntur hoc modo : Officium
audes & Veſperæ dicuntur intra Suffragia:
imam diei , ante Officium Capituli : Ter-
icamus* Tertiæ , *& ſic de cæteris Horis.*
*ſchali Officium ſit ut infrà , addendo ſemel
e Invit. & Antiphonar. & bis* Allelúia *in
m brevium. Abſolutio ,* Benedictus. *ut no-
pore Paſc. Benedictiones de Beata. Non*
um.
& Veſperas tantùm dicitur Oratio, Deus,
ctiónem. *ut ſuprà , in Officio de Beata in*
. lxx. *Non dicuntur Suffragia.*

TINUM.
lábia mea.
.Glória, &c.
n. Jeſum de
, * Veníte,
tth. 1.
nite, *p.* 2.
nus.
óboles, gló-
ginum ,
parens , te
Deus
o quæ malè

reres caput.
l múlier per-
vetus ,
ri rédditur

ta.

Tu clauſas míſeris , heu
nímiùm diù !
Cœlórum réſeras fores.
Qui lucis Pater eſt, gló-
ria ſit Patri :
Cujus Virgo parens , gló-
ria Filio :
Quo fœcunda, tibi , Nexus
amábilis ,
Sit par glória , Spíritus.
Amen.

*In Feſtis Beatæ Mariæ ,
quibus aſſignantur in Pro-
prio Pſalmi de Officio par-
vo , dicuntur in Nocturnis
novem ſequentes Pſalmi ,
cum Antiphonis propriis.*

*In Officio autem parvo di-
cuntur tantùm tres Pſalmi ,*

ſecundùm ordinem Feriarum, ut infrà notatur.

IN I. NOCTURNO.

FERIA II. & V.

Ant. 1. a. Tota pulchra es.

Pſalmus 8.

DOmine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra !

Quóniam elevâta eſt magnificéntia tua * ſuper cœlos.

Ex ore infántium & lactèntium perfeciſti laudem propter inimícos tuos, * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quòd memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam víſitas eum?

Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis; glóriâ & honóre coronaſti eum, * & conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum.

Omnia ſubjeciſti ſub pédibus ejus, * oves & boves univerſas, ínſuper & pécora campi;

Vólucres cœli & piſces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Pſalmus 18.

CŒli enarrant glóriam Dei; * & ópera mánuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi eructat verbum; * & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ neque ſermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum; * & ipſe tanquam ſponſus procédens de thálamo ſuo.

Exultávit ut gigas ad currendam viam: * à ſummo cœlo egréſſio ejus.

Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multum; * & dulcióra ſuper mel & favum.

im ſervus tuus cu-
:a ; * in cuſtodien-
s retribútio multa.
ſta quis intélligit ?
:ultis meis munda
& ab aliénis parce
uo.
eî non fúerint do-
, tunc immaculátus
& emundábor à de-
áximo.
unt ut compláceant
a oris mei ; * & me-
cordis mei in con-
tuo ſemper.
nine, adjútor meus,
demptor meus.

Pſalmus 23.

mini eſt terra & ple-
itúdo ejus, * orbis
im, & univerſi qui
nt in eo.
a ipſe ſuper mária
vit eum, * & ſuper
a præparávit eum.
is aſcendet in mon-
)ómini ? * aut quis
in loco ſancto ejus ?
ocens mánibus &
o corde, * qui non
t in vano ánimam
, nec jurávit in dolo
no ſuo.
: accípiet benedictió-
Dómino, * & miſe-
iã à Deo ſalutári ſuo.
c eſt generátio quæ-
m eum, * quærén-
fáciem Dei Jacob.
óllite portas, prínci-
veſtras ; & elevámi-
ni, portæ æternáles, * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, veſtras ; & elevámini, portæ æternáles, * & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ ? * Dóminus virtútum ipſe eſt Rex glóriæ.

Ant. Tota pulchra es, & mácula non eſt in te. *Cant.* 4.

℣. Dóminus tanquam ſponſus, ℟. Procédens de thálamo ſuo. *Pſ.* 18.

IN II. NOCTURNO.
FERIA III. & VI.
Ant. 8. c. Suávis es.

Pſalmus 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum : * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus ſcribæ * velóciter ſcribentis.

Speciósus formâ præ filiis hóminum : diffúſa eſt grátia in lábiis tuis ; * proptéreà benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentiſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ intende, * próſperè procéde & regna.

Propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſti-

tiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem: * proptéreà unxit te, Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha & gutta & cáſia à veſtiméntis tuis à dómibus ebúrneis, * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Diviſio Pſalmi 44.

ASTitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam: * & obliviſcere pópulum tuũ, & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decórem tuum: * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum;

Et fíliæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis, ab intùs; * in fimbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam: * próximæ ejus afferentur tibi;

Afferentur in lætítia & exultatióne, * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filii: * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in ſéculum ſéculi.

Pſalmus 45.

DEus noſter refúgium & virtus: * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei; * ſanctificávit tabernáculũ ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna; * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum; * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte & vidéte ópera

Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram: * auferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum: * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Ant. Suávis es & decóra ſicut Jeruſalem: terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta. *Cant. 6.*

℣. Adducentur Regi vírgines poſt eam, ℟. Próximæ ejus afferentur tibi. *Pſ.* 44.

IN III. NOCTURNO.

FERIÂ IV. & SABBATO.

Ant. 2. D. Quod naſcétur.

Pſalmus 86.

Fundamenta ejus in móntibus ſanctis: * díligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta ſunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * ſciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum: * hi fuérunt illîc.

Numquid Sion dicet: Homo & homo natus eſt in ea: * & ipſe fundávit eam Altíſſimus?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum & príncipum, * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium, * ómnium habitátio eſt in te.

Pſalmus 96.

Dominus regnávit, exultet terra, * læténtur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus; * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ; * vidit & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini, * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus, * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriantur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum, omnes Angeli ejus: * audívit & lætáta eſt Sion.

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram; * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odíte malum: * cuſtódit

Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, juſti, in Dómino, * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Pſalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus, * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum: * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ * & veritátis ſuæ dómui Iſrael.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo, omnis terra: * cantáte, & exultáte & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce pſalmi: * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conſpectu regis Dómini: * moveátur mare & plenitúdo ejus; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu: ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

Ant. Quod naſcétur ex te Sanctum, vocábitur Filius Dei. *Luc.* 1.

℣. Magna eſt glória ejus, ℟. In ſalutári tuo, Dómine. *Pſ.* 20.

Pater noſter.

Abſolutio, II. Mach. 1. Deus memínerit teſtamenti ſui quod locútus eſt, & exaúdiat oratiónes noſtras. ℟. Amen.

Benedictio. Exultet ſpíritus noſter in Deo, quia reſpexit humilitátem ancillæ ſuæ. ℟. Amen. *Luc.* 1.

De Iſaia Prophéta.

Lectio j. Iſ. 7.

ADjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, ſive in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audite ergo, domus David. Numquid parùm vobis eſt moleſtos eſſe homínibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus Emmánuel.

℟. j. Creávit Dóminus novum ſuper terram: * Fémina circúmdabit virum. ℣. Quia non eſt impoſſíbile apud Deum omne ver-

Fémina. *Jerem.* 31.

:*dictio.* Nobiſcum ſit qui in ancilla ſua .évit miſericórdiam quam promíſit dó- rael. ℟. Amen. *Ju-* 3.

nóne ſancti Bernar- di Abbátis.

. 2. *de Adv. n.* 5.

Lectio ij.

go régia ipſa eſt via :r quam Salvátor t, procédens ex ip- :ro, tanquam ſpon- hálamo ſuo. Tenen- o hanc viam, ſtudeá- nos, dilectíſſimi, ım per eam aſcén- ıi per ipſam ad nos lit: per eam veníre iam ipsíus qui per noſtram miſériam

eáta es, Virgo Ma- :æ Dóminum porta- tórem mundi. * Ge- ǰui te fecit, & in m pérmanes Virgo. : , María, grátiâ . Dóminus tecum. iſti.

dictio. Invocet Dó- , & loquátur Regi ›is, & líberet nos de ℟. Amen. *Eſth.* 15. ›calypſi beáti Joan- ıis Apóſtoli.

:*ij. Apoc.* 11 & 12. :rtum eſt templum ei in cœlo, & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo ejus; & facta ſunt fúlgura & voces, & terræ motus & grando magna. Et ſignum magnum appáruit in cœlo: Múlier amícta ſole, & luna ſub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna ſtellárum duódecim.

℟. Sancta & immaculáta Virgínitas, quibus te laúdibus éfferam, néſcio; * Quia quem cœli cápere non póterant, tuo grémio contuliſti. ℣. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. * Quia. Glória Patri. * Quia.

AD LAUDES.

℣. Deus, in adjutórium. &c.

Ant. 3. c. In ancilla ſua.

Pſalmus 66.

DEus miſereátur noſtrî, & benedícat nobis: * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtrî.

Ut cognoſcámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.

Confiteantur tibi pópuli, Deus: * confiteantur tibi pópuli omnes.

Lætentur & exultent gentes, * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi

pópuli omnes : * terra dedit fructum ſuum.

Benedícat nos Deus, Deus noſter; benedícat nos Deus, * & métuant eum omnes fines terræ.

Pſalmus 92.

DOminus regnávit, decórem indútus eſt : * indútus eſt Dóminus fortitúdinem, & præcinxit ſe.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta ſedes tua ex tunc : * à ſéculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine; * elevavérunt flúmina vocem ſuam.

Elevavérunt flúmina fluctus ſuos : * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis : * domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Pſalmus 99.

JUbiláte Deo, omnis terra : * ſervíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpectu ejus * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus; * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, * introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus: in æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Canticum. Judith. 13.

LAudáte Dóminum Deú noſtrum, * qui non deſéruit ſperantes in ſe:

Et in me ancillâ ſuâ adimplévit miſericórdiam ſuam, * quam promíſit dómui Iſrael.

Et interfécit in manu mea * hoſtem pópuli ſui.

Benedicta es tu, filia, à Dómino Deo excelſo, * præ ómnibus muliéribus ſuper terram.

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus : * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ : * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. In ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam. *Judith.* 13.

Capitulum. Gal. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

Hymnus.

O Glorióſa Cœlitum
Regína! cœlis púrior:
Quanto, María, fœnore
Reddis quod Eva pérdidit!

CUNCTIS Deum Virgo paris
Deſiderátum géntibus.
Vitam datam per Vírginem,
Gentes redemptæ, plaúdite.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ,
℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſrael. *Pſ.* 97.

Ant. 4. A. Benedicta tu.

Canticum. Luc. 1.

BEnedicta tu inter mulíeres, * & benedictus fructus ventris tui.

Et unde hoc mihi, * ut véniat mater Dómini mei ad me?

Ecce enim ut facta eſt vox ſalutatiónis tuæ, in aúribus meis, * exultávit in gaúdio infans in útero meo.

Et beáta quæ credidiſti, * quóniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino.

Ant. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

Oratio.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere voluiſti: præſta ſupplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur; Per eumdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Hymnus.

SALUTIS auctor, ſis memor
Noſtri quòd olim córporis
De puríſſima Vírginum
Naſcendo formam súmpſeris.

MARIA Mater grátiæ,
Mater miſericórdiæ,
Tu nos ab hoſte prótege,
Et, mortis horâ, ſúſcipe.

QUI natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Ant. 2. D. Benedictiónem.

Pſalmus 53.

DEus, in nómine tuo ſalvum me fac, * &

in virtúte tua júdica me.

Deus, exaudi oratiónem meam, * aúribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni inſurrexérunt adversùm me, & fortes quæſiérunt ánimam meam, * & non propoſuérunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus ádjuvat me, * & Dóminus ſuſceptor eſt ánimæ meæ.

Averte mala inimícis meis, * & in veritáte tua diſperde illos.

Voluntáriè ſacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam bonum eſt.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuiſti me; * & ſuper inimícos meos d[illegible]exit óculus meus.

Pſalmus 95.

CAntáte Dómino cánticum novum, * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus & laudábilis nimis; * terríbilis eſt ſuper omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Confeſſio & pulchri[tudo] in conſpectu ejus; * [san]ctimónia & magnifice[ntia] in ſanctificatióne ejus.

Diviſio Pſalmi 9[5]

AFferte Dómino, [pa]triæ géntium, a[ffer]te Dómino glóriam & [ho]nórem; * afferte Dó[mino] glóriam nómini ejus.

Tóllite hóſtias & in[troi]te in átria ejus; * ado[ráte] Dóminum in átrio ſa[ncto] ejus.

Commoveátur à fa[cie] ejus univerſa terra: * d[íci]te in géntibus quia Dó[mi]nus regnávit.

Etenim correxit or[bem] terræ qui non comm[ove]bitur; * judicábit póp[ulos] in æquitáte.

Lætentur cœli, & e[xul]tet terra; commove[átur] mare, & plenitúdo e[jus]: * gaudébunt campi & [om]nia quæ in eis ſunt.

Tunc exultábunt om[nia] ligna ſilvárum à fácie [Dó]mini, quia venit; * q[uó]niam venit judicáre [ter]ram.

Judicábit orbem t[erræ] in æquitáte; * & póp[ulos] in veritáte ſua.

Ant. Benedictiónem [om]nium géntium dedit Dóminus. *Eccli.* 44.

Capitulum. Geneſ. 2[2].

POſſidébit ſemen t[uum] portas inimicórum [ſuo]rum, & benedicentu[r]

ſémine tuo omnes gentes terræ.

℣. Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ; ℟. Omnes gentes magnificábunt eum. *Pſ.* 71.

Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos tuos ſubsídiis pacis; & beátæ Maríæ ſemper Vírginis patrocíniis confidentes, à cunctis hóſtibus & perículis redde ſecúros; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Hymnus.

AVE, maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Felix cœli porta.

SUMENS illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

SIT laus ſumma Patri;
Sit laus ſumma Nato:
Spirítui ſancto
Par laus, par & honor.
Amen.

Ant. 4. d. Sanctificávit.

Pſalmus 14.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingréditur ſine mácula, * & operátur juſtítiã.

Qui lóquitur veritátem in corde ſuo, * qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit próximo ſuo malum, * & oppróbrium non accépit adversùs próximos ſuos.

Ad níhilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus; * timentes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo ſuo, & non décipit: * qui pecúniam ſuam non dedit ad uſúram, & múnera ſuper innocentem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in æternum.

Pſalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me, * ánimam meam convertit.

Deduxit me ſuper sémitas juſtítiæ, * propter nomen ſuum.

Nam, & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam * adversùs eos qui tríbulant me.

Impinguaſti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in do-

mo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Pſalmus 127.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui ſicut novellæ olivárum * in circúitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jeruſalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem ſuper Iſrael.

Ant. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus: Deus in médio ejus. *Pſ.* 45.

Capitulum. Eccli. 24.

QUi creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhábita, & in Iſrael hæreditáre, & in electis meis mitte radíces.

℣. Elégit eam Dóminus,
℞. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131.

Oratio.

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ, humáno géneri præmia præſtitiſti: tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui tecum.

AD SEXTAM.

Hymnus.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
MONSTRA te eſſe matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.
SIT laus ſumma Patri;
Sit laus ſumma Nato:
Spirítui ſancto
Par laus, par & honor.
Amen.

Ant. 5. a. Tu glória.

Pſalmus 98.

DOminus regnávit, iraſcantur pópuli: * qui ſedet ſuper Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, * & excelſus ſuper omnes pópulos.

Confiteantur nómini tuo magno, quóniam terríbile & ſanctum eſt; * & honor regis judícium díligit.

Tu paraſti directiónes: * judícium & juſtítiam in Jacob tu feciſti.

Diviſio Pſalmi 98.

EXaltáte Dóminum Deũ noſtrum, & adoráte

m pedum ejus , *
n ſanctum eſt.
es & Aaron in ſa-
us ejus,*& Sámuel
s qui invocant no-
s.
ábant Dóminum ,
xaudiébat eos : * in
nubis loquebátur

liébant teſtimónia
x præceptum quod
is.
ine Deus noſter , tu
bas eos : * Deus,
itius fuiſti eis , &
s in omnes adin-
es eórum.
áte Dóminum Deũ
, & adoráte in
áncto ejus ; * quó-
ánctus Dóminus
ſter.
Pſalmus 123.
quia Dóminus erat
nobis , dicat nunc
nisi quia Dómi-
in nobis.
exúrgerent hómi-
os , * fortè vivos
ſent nos.
iraſcerétur furor
n nos , * fórſitàn
ſorbuiſſet nos.
ntem pertransívit
oſtra : * fórſitàn
iſſet ánima noſtra
ntolerábilem.
dictus Dóminus ,
on dedit nos in ca-
déntibus eórum.
a noſtra ... ut paſ-

ſer erepta eſt * de láqueo venántium :

Láqueus contrítus eſt , * & nos liberáti ſumus.

Adjutórium noſtrum in nómine Dómini , * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Tu glória Jeruſalem , tu lætítia Iſrael , tu honorificéntia pópuli noſtri. *Judith.* 16.

Capitulum. Eccli. 24.

ET ſic in Sion firmáta ſum : & in civitáte ſanctificáta ſimíliter requiévi, & in Jeruſalem poteſtas mea.

℣. Magna eſt glória ejus.
℟. In ſalutári tuo. *Pſ.* 20.

Oratio.

CONcéde , miséricors Deus , fragilitáti noſtræ præſídium : ut , qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus , interceſſiónis ejus auxílio , à noſtris iniquitátibus reſurgámus ; Per eumdem Dóminum.

AD NONAM.

Hymnus.

VIRGO ſinguláris,
Inter omnes mitis ,
Nos culpis ſolútos
Mites fac & caſtos.

VITAM præſta puram,
Iter para tutum ;
Ut videntes Jeſum ,
Semper collætémur.

SIT laus ſumma Patri ;
Sit laus ſumma Nato :
Spirítui ſancto

Par laus, par & honor.
Amen.

Ant. 1. g. In omni.

Pſalmus 84.

BEnedixiſti, Dómine, terram tuam; * avertiſti captivitátem Jacob.

Remiſiſti iniquitátem plebis tuæ; * operuiſti ómnia peccáta eórum.

Mitigaſti omnem iram tuam, * avertiſti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter; * & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſcéris nobis? * aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Diviſio Pſalmi 84.

DEus, tu converſus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Oſtende nobis, Dómine, miſericórdiam tuam, * & ſalutáre tuum da nobis.

Aúdiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam;

Et ſuper ſanctos ſuos, * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum ſalutáre ipſíus; * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Altera diviſio Pſalmi 84.

MIſericórdia & véritas obviavérunt ſibi: * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit, * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur ſuper te Dóminus Deus Iſrael. *Judith.* 13.

Capitulum. Judith. 13.

NOmen tuum ita magnificávit Dóminus, ut non recédat laus tua de ore hóminum qui fúerint mémores virtútis Dómini in æternum.

℣. Mémores erunt nóminis tui, ℟. In omni generatióne & generatiónem. *Pſ.* 44.

Oratio.

COncéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut fidéles tui qui colunt nomen ſanctiſſimæ Vírginis Maríæ, ejuſdem piâ interceſſióne, à cunctis malis eruantur in terris, & ad gaúdia æterna pervéniant in cœlis; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

℣. Deus, in adjutórium, &c.

Ant. 3. c. Quàm pulchra es!

ſalmus 109.
t Dóminus Dómi-
meo: * Sede à dex-
s.
c ponam inimícos
ſcabellum pedum

a virtútis tuæ emit-
ainus ex Sion ; *
e in médio ini-
a tuórum.
n princípium in
útis tuæ, in ſplen-
ſanctórum ; * ex
te lucíferum génui

it Dóminus, & non
bit eum : * Tu es
s in æternum ſe-
órdinem Melchí-

inus à dextris tuis,
égit in die iræ ſuæ

ábit in natiónibus,
t ruínas;* conquaſ-
pita in terra mul-

rrente in via bibet;
éreà exaltábit ca-

ſalmus 112.
láte, púeri, Dómi-
n : * laudáte no-
ómini.
omen Dómini be-
n * ex hoc nunc,
in ſéculum.
is ortu uſque ad oc-
* laudábile nomen
i.
lſus ſuper omnes

gentes Dóminus ; * & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter qui in altis hábitat, * & humília réſpicit in cœlo & in terra ?

Súſcitans à terra ínopem, * & de ſtércore érigens paúperem.

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui.

Qui habitáre facit ſtérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Pſalmus 121.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi : * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem ;

Jerúſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini ; * teſtimónium Iſrael, ad confitendum nómini Dómini :

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæſívi bona tibi.

Pſalmus 126.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere: * ſúrgite poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit dilectis ſuis ſomnum: * ecce hæréditas Dómini fílii, merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita fílii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis: * non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

Pſalmus 130.

DOmine, non eſt exaltátum cor meum; * neque eláti ſunt óculi mei.

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus ſuper me.

Si non humíliter ſentiébam, * ſed exaltávi ánimam meam;

Sicut ablactátus eſt ſuper matre ſua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Iſraël in Dómino * ex hoc nunc, in ſéculum.

Ant. Quàm pu
& quàm decóra;
in delíciis! *Cant*

Capitulum. *Ecc*

EGo mater pul
ctiónis & ti
agnitiónis, & ſa

Hymnu

QUÆ nunc, V
lúcida reg
Mittas indè m
lucis:
Te ſi terra de
olympo,
Quæ non dona
det olym
INTER per
minis ha
O Regína, tib
junctum
Ne dediſce ge
fuiſti,
Summi facta pa
go, Ton
DIVINÆ só
re matre
In terris vólu
Patri:
Cujus Virgo p
ria Nato
Quo fœcunda,
Flamen.

℣. Vultum tu
cabuntur, ℟. C
tes plebis. *Pſ.*

Ant. 8. G. M

Canticum. *Lu*

NE tímeas,
inveniſti
tiam apud Deu

concípies in útero,
s filium, * & vo-
omen ejus Jeſum.
erit magnus, * &
Altíſſimi vocábitur.
abit illi Dóminus
ſedem David pa-
:.
gnábit in domo Ja-
æternum; * & regni
n erit finis.
María, inveniſti
a apud Deum. *Luc.*

Oratio.

:dibus noſtris, quæ-
nus, Dómine, grá-
am benignus infun-
ntercedente ſanctíſ-
:i Genitríce Maríâ,
a noſtra caſtitáte,
noſtras humilitáte
áte ſanctífica; Per
n Dóminum.

OMPLETORIUM.

onverte nos.
eus, in adjutórium.
4. f. Oculi.

Pſalmus 120.

ıvi óculos meos in
ntes, * unde véniet
m mihi.
lium meum à Dó-
* qui fecit cœlum
m.
det in commotió-
:dem tuum, * ne-
:mítet qui cuſtódit

non dormitábit,
dórmiet, * qui cu-
ſrael.

Diviſio Pſalmi 120.

Dominus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introitum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Pſalmus 122.

Ad te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce ſicut óculi ſervórum * in mánibus dominórum ſuórum;

Sicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ ſuæ, * ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum donec miſereátur noſtrî.

Miſerére noſtrî, Dómine, miſerére noſtrî; * quia multùm repléti ſumus deſpectióne.

Quia multùm repléta eſt ánima noſtra; * oppróbrium abundántibus & deſpéctio ſuperbis.

Ant. Oculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtrî. *Pſ.* 122.

Hymnus.

Maria, mater grátiæ,
Mater miſericórdiæ,

Tu nos ab hoſte prótege,
Et, mortis horâ, ſúſcipe.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Capitulum. Eſther. 15.

MEmoráre diérum humilitátis tuæ, & ínvoca Dóminum: & lóquere Regi pro nobis, & líbera nos de morte.

℣. Ora pro nobis, ſancta Dei génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Ant. 7. d. Sub tuum præſídium.

Canticum. Luc. 2.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecundùm verbum t
pace;

Quia vidérunt ó
* ſalutáre tuum,

Quod paraſti *
ciem ómnium pop

Lumen ad reve
géntium, * & gló
bis tuæ Iſrael.

Ant. Sub tuu
dium confúgimu
Dei Génitrix: nc
precatiónes ne de
neceſſitátibus, ſe
culis cunctis lít
ſemper, Virgo g
benedicta.

Oratio.

BEátæ María
Vírginis, qu
Dómine, interc
rióſa nos próteg
vitam perdúcat a
Per Dóminum.

PSALMI PŒNITENTIAI

Ant. Dómine.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infirmus ſum: * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: * ſed tu, Dómine, úſquequò?

Convértere, 1
& éripe ánimam 1
ſalvum me fac pr
ſericórdiam tuan

Quóniam noı
morte qui memo
* in inferno au
confitébitur tibi?

Laborávi in gén
lavábo per ſíngu
lectum meum, *
meis ſtratum mei

Turbátus eſt

: * inveterá-
ıes inimícos

me, omnes
ni iniquitá-
ıiam exaudí-
vocem fletûs

Dóminus de-
neam: * Dó-
mem meam

ℑc conturben-
er omnes ini-
convertantur
: valde veló-
.

us 31.
rum remiſſæ
uitátes; * &
ſunt peccáta.
cui non im-
inus peccá-
eſt in ſpíritu

tácui, invete-
a mea * dum
tâ die.
die ac nocte
uper me ma-
onverſus ſum
nea dum con-
.
meum cógni-
ci, * & in-
am non abſ-

ıfitébor adver-
ſtítiam meam
& tu remiſiſti
peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me: * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac quâ gradiéris: * firmábo ſuper te óculos meos.

Nolíte fieri ſicut equus & mulus, * quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum conſtringe * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris; * ſperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino & exultáte, juſti; * & gloriámini, omnes recti corde.

Pſalmus 37.

Domine, ne in furóre tuo árguas me; * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ: * non eſt pax óſſibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, * & ſicut onus grave gravátæ ſunt ſuper me.

Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curvátus ſum uſque in finem; * totâ die contriſtátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus, * & non eſt ſánitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliátus ſum nimis, * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne deſidérium meum; * & gémitus meus à te non eſt abſcónditus.

Cor meum conturbátum eſt; derelíquit me virtus mea, * & lumen oculórum meórum, & ipſum non eſt mecum.

Amíci mei & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & ſtetérunt.

Et qui juxta me erant, de longè ſtetérunt, * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non aúdiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, ſperávi: * tu exaúdies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequando ſupergaúdeant mihi inimíci mei; * & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.

Quóniam ego in flagella parátus ſum, * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me; * & multiplicáti ſunt qui odérunt me iniquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi, * quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus; * ne diſceſſeris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus ſalútis meæ.

Pſalmus 50.

Miſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuá-

dele iniquitátem

ùs lava me ab ini-
nea ; * & à peccá-
ıunda me.
iam iniquitátem
ȝo cognoſco , * &
ı meum contra me
·er.
ɔli peccávi, & ma-
am te feci ; * ut
is in ſermónibus
vincas cùm judi-

:nim in iniquitáti-
eptus ſum , * & in
concépit me mater

:nim veritátem di-
* incerta & occulta
æ tuæ manifeſtaſti

ges me hyſſópo , &
ıor : * lavábis me ,
r nivem dealbá-

:ui meo dabis gaú-
lætítiam , * & exul-
ɔſſa humiliáta.
:e fáciem tuam à
. meis , * & omnes
.tes meas dele.
mundum crea in
:us , * & ſpíritum
ínnova in viſcéri-
is.
rojícias me à fácie
k Spíritum ſanctum
: aúferas à me.
le mihi lætítiam ſa-
tui , * & ſpíritu
áli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas , * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus , Deus, Deus ſalútis meæ ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries , * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes ſacrifícium , dediſſem útique : * holocauſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus : * cor contrítum & humiliátum , Deus, non deſpícies.

Benignè fac, Dómine , in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ , oblatiónes & holocauſta : * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Pſalmus 101.

Domine , exaudi oratiónem meam : * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas faciem tuam à me : * in quacumque die tríbulor , inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me ;

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei , * & oſſa mea , ſicut crémium aruérunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & áruit cor meum; * quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhæſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pelicáno ſolitúdinis: * factus ſum ſicut nycticorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant.

Quia cínerem tanquam panem manducábam; * & potum meum cum fletu miſcébam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ; * quia élevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinavérunt: * & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in æternum pérmanes: * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exurgens miſeréberis Sion; * quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt ſervis tuis lápides ejus: * & terræ ejus miſerebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine; * & omnes reges terræ g
tuam;

Quia ædificávit
nus Sion; * & vidél
glória ſua.

Reſpexit in or
humílium; * & n
vit precem eórum

Scribantur hæc
ratióne áltera: *
lus qui creábitur
Dóminum;

Quia proſpexit
ſo ſancto ſuo: * I
de cœlo in terram

Ut audíret gémi
peditórum; * ut
fílios interemptó

Ut annúntient
nomen Dómini,
dem ejus in Jerú

In conveniend
in unum, * &
sérviant Dómino

Reſpondit ei in
túris ſuæ: * Pa
diérum meórum n
hi.

Ne révoces me
dio diérum meór
generatiónem &
tiónem anni tui.

Inítio tu, Dó
ram fundaſti: *
mánuum tuárum

Ipſi períbunt;
pérmanes; * & o
veſtimentum ve

Et ſicut opertó
tábis eos, & mut
* tu autem idem i
anni tui non defi

ſervórum tuórum
ınt ; * & ſemen eó-
ſéculum dirıgétur.

ſalmus 129.

ɔrofundis clamávi
te , Dómine ; *
, exaudi vocem

aures tuæ inten-
in vocem depre-
meæ.
uitátes obſervávc-
nine , * Dómine ,
tinébit ?
apud te propitiátio
& propter legem
ſtínui te , Dómine.
ıuit ánima mea in
jus , * ſperávit áni-
a in Dómino.
tódia matutína uſ-
noctem , * ſperet
n Dómino.
apud Dóminum
órdia , * & copióſa
ım redémptio.
ſe rédimet Iſrael *
ıibus iniquitátibus

'ſalmus 142.

nine , exaudi ora-
ɔnem meam ; aúri-
cipe obſecratiónem
in veritáte tua ; *
me in tua juſtítia :
n intres in judícium
vo tuo ; * quia non
ibitur in conſpectu
nis vivens.
ı perſecútus eſt ini-
ánimam meam ; *
humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos séculi ; * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus : in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum , meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis ; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me , Dómine : * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me , * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam,*quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem , * quia ad te levávi ánimam meã.

Eripe me de inimícis meis , Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam , quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam ; * propter nomen tuum , Dómine , vivificábis me , in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam ; * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos :

Et perdes omnes qui trí-

bulant ánimam meam, * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Dómine, memor eſto meî, & ne vindictam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delicta mea, vel parentum meórum. *Tob.* 3.

LITANIÆ

SANCTORUM.

Kyrie, eléiſon.
Chriſte, eléiſon.
Kyrie, eléiſon.
Chriſte, audi nos.
Chriſte, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miſerére nobis.
Fili, redemptor mundi, Deus, miſerére nobis.
Spíritus ſancte, Deus, miſerére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miſerére nobis.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginũ, ora.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes ſancti Angeli & Archángeli, oráte.
Omnes ſancti beatórum Spirítuum órdines, oráte.
Sancte Joannes Baptiſta, ora pro nobis.
Sancte Joſeph, ora.
Sancte Jóachim, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, (*Zeb*). ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes ſancti Innocentes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Line, ora.
Sancte Clete, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Xyſte, ora.
Sancte Cornéli, ora.
Sancte Cypriáne, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Blaſi, ora.
Sancte Leodegári, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Coſma, ora.
Sancte Damiáne, ora.
Sancte Dionyſi cum sóciis tuis, ora.
Sancte Mauríci cum sóciis tuis, ora.
Sancte Nicáſi cum sóciis tuis, ora.
Sancte Quintíne cum sóciis tuis, ora.

Sancte

ippólyte cum só-
;, ora.
ancti Mártyres,
ro nobis.
o, ora.
régori, ora.
nbróſi, ora.
ıguſtíne, ora.
icrónyme, ora.
ilári, ora.
edarde, ora.
hári, ora.
ígi, ora.
ur.
ígi, ora.
ommoléne, ora.
ınúci, ora.
lartíne, ora.
ermáne, ora.
emígi, ora.
icoláe, ora.
lbíne, ora.
árole, ora.
ancíſce Saléſi, or.
ncti Pontífices,
ro nobis.
ncti Doctóres,
ro nobis.
ıtóni, ora.
nedícte, ora.
ırſæe, ora.
rnarde, ora.
omínice, ora.
ancíſce, ora.
ermelande, ora.
ıcti Sacerdótes &
, oráte pro nobis.
ncti Mónachi &
e, oráte pro nob.
ıdovíce, ora.
ınenge, ora.
oche, ora.
Terna.

Omnes ſancti Juſti, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléna, ora pro nobis.
Sancta Felícitas, ora.
Sancta Perpétua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Godeberta, ora.
Sancta Hunegundis, ora.
Sancta Theréſia, ora.
Sancta Bathildis, ora.
Sancta Radegundis, ora.
Sancta Clotildis, ora.
Sancta María Ægyptia, or.
Omnes ſanctæ Vírgines, Víduæ & Pœnitentes, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercédite pro nob.
Propítius eſto; parce nobis, Dómine.
Propítius eſto; exaudi nos, Dómine.
Ab omni malo, líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera.
A damnatióne perpétua, líbera nos, Dómine.
A ſubitánea & improvíſa morte, líbera nos, Dómine.
A fúlgure & tempeſtáte, líbera nos, Dómine.
A ſpíritu fornicatiónis, líbera nos, Dómine.
Ab omni immundítia men-

tis & córporis, líbera nos, Dómine.
Ab ira & ódio, & omni mala voluntáte, líbera.
Per myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Nativitátem & Circumciſiónem tuam, líbera.
Per Baptiſmum & ſanctum Jejúnium tuum, líbera.
Per Paſſiónem & Crucem tuam, líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per adventum Spíritûs ſancti Paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut pacem & ſanitátem nobis dones, te rogámus.
Ut Eccléſiam tuam ſanctã régere & conſerváre dignéris, te rogámus.
Ut Domnum Apoſtólicum & omnes gradus Eccleſiáſticos in ſancta religióne conſerváre dignéris, te rogámus.
Ut Pontíficem noſtrum cum omni congregatióne ſibi commiſſa conſerváre dignéris, te rogámus, audi nos.
Ut Regem noſtrum in ſalútem pópuli conſerváre dignéris, te rogámus.
Ut cunctum pópulum Chriſtiánum tuo pretióſo

ſánguine redemp
gere & conſerv
gnéris, te rogám
di nos.
Ut inimícos ſanctæ
ſiæ humiliáre di

Ut Régibus & Pri
Chriſtiánis pace
ram concórdiam
dignéris,
Ut cuncto pópulo C
no pacem & u
largíri dignéris,
Ut noſmetipſos in
cto ſervítio co
& conſerváre d

Ut mentes noſtras
ſtia deſidéria ér
Ut ómnibus ber
bus noſtris ſe
bona retríbuas
Ut ánimas noſt
trum, propin
& benefactóru
rum ab ætern
tióne erípias,
Ut fructus terr
conſerváre dig
Ut ómnibus fid
functis réquien
donáre dignér
Ut nos exaudíre

Fili Dei,
Agnus Dei, qui
cáta mundi,
bis, Dómine.
Agnus Dei, qui
cáta mundi, e
Dómine.

)ei, qui tollis pec-
mundi, miſerére
.
:, eléiſon. Chriſte,
Kyrie, eléiſon.
. *uſque ad* Et ne nos
in tentatiónem,
líbera nos à malo.
ómine, non ſecun-
ccáta noſtra fácias
℟. Neque ſecun-
quitátes noſtras re-
nobis. *Pſ.* 102.
to nobis, Dómine,
ortitúdinis, ℟. A
imíci. *Pſ.* 60.
)rémus pro Paſtóre
℟. Dóminus con-
eum, & vivíficet
ſ. 40.
:o Rege noſtro. ℟.
:, ſalvum fac Re-
: exaudi nos in die
ocavérimus te. *Pſ.*

'ro benefactóribus
℟. Retribúere di-
)ómine, ómnibus no-
a faciéntibus pro-
men ſanctum tuum
:ternam.
:o cunctis fidélibus
is. ℟. Réquiem æ-
dona eis, Dómine,
erpétua lúceat eis.
:o infirmis, afflictis,
& peregrínis. ℟.
:os, Deus, ex óm-
ribulatiónibus ſuis.

ro frátribus noſtris
ous. ℟. Salvos fac
ſervos tuos, Deus meus,
ſperantes in te. *Pſ.* 85.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſedíſti ab inítio. *Pſ.* 73.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

Pſalm. Deus in adjutórium, *pag.* 104.

℣. Dómine, exaudi, &c.

℣. Dóminus vobiſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere: ſúſcipe deprecatiónem noſtram; ut nos & omnes fámulos tuos quos delictorum caténa conſtringit, miſerátio tuæ pietátis clementer abſolvat.

EXaudi, quæſumus, Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, miſericórdiam tuam clementer oſtende: ut ſimul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpas delinquéntium diſtrictè feriendo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúſes; ut, qui pondus tuæ animadverſiónis cognóvimus,

Per Crucem & Paſſiónem tuam, líbera.
Per Mortem & Sepultúram tuam, líbera.
Per glorióſam Reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritûs ſancti Paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas, te rogámus.
Kyrie, eléiſon.
Chriſte, eléiſon.
Kyrie, eleiſon.

Deinde cùm in agone ſui exitûs anxiatur anima, dicitur:

PRoficiſcere, ánima chriſtiána, de hoc mundo in nómine Dei Patris omnipotentis, qui te creávit; in nómine Jeſu Chriſti Fílii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt; in nómine Spíritûs ſancti, qui in te effúſus eſt; in nómine Angelórum & Archangelórum; in nómine Thronórum & Dominatiónum; in nómine Principátuum & Poteſtátum; in nómine Chérubim & Séraphim; in nómine Patriarchárum & Prophetárum; in nómine ſanctórum Apoſtolórum & Evangeliſtárum; in nómine ſanctórum Mártyrum & Confeſsórum; in nómine ſanctórum Monachórum & Eremitárum; in nómine ſanctárum Vírginum, & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus, & habitátio tua in ſancta Sion; Per Chriſtum Dóminum noſtrũ. ℟. Amen.

Oratio.

DEus miséricors, Deus clemens, Deus, qui ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, & præteritórum críminũ culpas véniâ remiſſiónum evácuas, réſpice propítius ſuper * hunc fámulum tuum *N.* [*vel* hanc fámulam tuam *N.*] & remiſſiónem ómnium peccatórum ſuórum totâ cordis confeſſióne poſcentem deprecátus exaudi. Rénova in * eo [*vel* ea], piiſſime Pater, quidquid terrénâ fragilitáte corruptum, vel quidquid diabólicâ fraude violátum eſt; & unitáti córporis Eccléſiæ membrum redemptiónis annecte. Miſerére, Dómine, gemítuum; miſerére lacrymárum ejus; & non habentem fidúciam niſi in tua miſericórdia, ad tuæ ſacraméntum reconciliatiónis admitte; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

COmmendo te omnipotenti Deo, * cariſſime frater [*vel* cariſſima ſo-

ſoror] & ei, cujus es creatúra committo: ut, cùm humanitátis débitum persólveris, ad eum qui te de limo terræ formávit, revertáris. Egredienti ítaque ánimæ tuæ de córpore ſpléndidus Angelórum cœtus occurrat: judex Apoſtolórum tibi ſenátus advéniat; Candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviet; liliáta rutilántium te Confeſſórum turma circúmdet; jubilántium te Vírginum chorus excípiat; beátæ quiétis in ſinu Patriarchárum te complexus adſtringat; mitis atque feſtívus Chriſti Jeſu tibi aſpectus appáreat, qui te inter aſſiſtentes ſibi júgiter intereſſe decernat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod ſtridet in flammis, quod crúciat in tormentis. Cedat tibi tetérrimus sátanas cum ſatellítibus ſuis: in adventu tuo, te comitántibus Angelis, contremiſcat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exurgat Deus, & diſſipentur inimíci ejus, & fúgiant qui odérunt eum à fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei; & juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei. Confundantur ígitur & erubeſcant omnes tartáreæ legiónes, & miniſtri sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus qui pro te crucifixus eſt: líberet te ab ætérna morte Chriſtus qui pro te mori dignátus eſt. Conſtítuat te Chriſtus Fílius Dei vivi intra paradíſi ſui. ſemper amœna viréntia, & inter oves ſuas te verus ille Paſtor agnoſcat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te abſolvat, atque ad déxteram ſuam in electórum ſuórum te ſorte conſtítuat. Redemptórem tuũ fácie ad fáciem vídeas; & præſens ſemperque aſſiſtens, maniſeſtíſſimam beátis óculis aſpícias veritátem. * Conſtitútus [*vel* Conſtitúta] ígitur inter ágmina Beatórum contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Súſcipe, Dómine, * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam] in locum ſperandæ ſibi ſalvatiónis à miſericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus ex ómnibus perículis inferni, & de láqueis pœnárum, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Enoch & Elíam de commú-

ni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Noe de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Job de paſſiónibus ſuis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Iſaac de hóſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Lot de Sódomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Móyſen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti tres púeros de camíno ignis ardentis, & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crímine. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti David de manu regis Saül, & de manu Góliæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beatíſſimam Theclam vírginem & mártyrem tuam de tribus atrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberáre dignéris ánimam hujus * ſervi tui [*vel* ancillæ tuæ,] & tecum fácias in bonis cœléſtibus congaudére. ℟. Amen.

Commendámus tibi, Dómine, ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ,] precamurque te, Dómine Jeſu Chriſte, Salvátor mundi, ut eam, propter quam ad terram deſcendiſti, Patriarchárum tuórum ſínibus inſinuáre non rénuas. Agnoſce, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, & non eſt ſecundùm ópera tua. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conſpectu tuo, & ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum quas ſuſcitávit furor mali deſidérii. Licèt enim peccáverit, tamen Patrem, & Fílium, & Spíritum ſanctum non negávit, ſed crédidit; & zelum Dei in ſe hábuit, & Deum qui fecit ómnia, fidéliter adorávit. ℟. Amen.

Oratio.
.cta juventútis, &
norántias ejus, quæ-
ne memíneris, Dó-
ſed ſecúndùm ma-
iſericórdiam tuam
eſto illíus in glória
is tuæ. Aperiantur
i; collætentur illi
In regnum tuum,
:, creatúram tuam
Suſcípiat eam ſan-
chael Archángelus
qui milítiæ cœleſtis
principátum. Vé-
lli óbviam ſancti
Dei; & perdúcant
civitátem cœleſtem
em. Suſcípiat eam
Petrus Apóſtolus,
:o claves regni cœ-
íditæ ſunt. Adjuvet
:átus Paulus Apó-
qui dignus fuit eſſe
ctiónis. Intercédat
ſanctus Joannes,
Dei Apóſtolus, cui
a ſunt ſecréta cœ-
Orent pro ea omnes
Apóſtoli, quibus à
o data eſt poteſtas
atque ſolvendi. In-
nt pro ea omnes
& Electi Dei, qui
riſti nómine tor-
in hoc ſéculo ſuſti-
t; ut, vínculis car-
ta, perveníre me-
ad glóriam regni
;, præſtante Dómi-
ſtro Jeſu Chriſto,
m Patre & Spíritu
ſancto vivit & regnat in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicitur Pſalmus Confitémini Dómino, quóniam bonus, quóniam, *pag.* 13. *& totus Pſalmus* Beáti immaculáti, *per Horas Dominica diſtributus, pag.* 14.

Egreſſa autem animá, dicitur: ℟. In te, Dómine, ſperávi, non confundar in ætérnum: accélera ut éruas me. In manus tuas comméndo ſpíritum meum: * Redemiſti me, Dómine Deus veritátis: illuſtra fáciem tuam ſuper * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam], * ſalvum [*vel* ſalvam] me fac in miſericórdia tua. ℣. Dómine Jeſu, ſúſcipe ſpíritum meum. * Redemiſti me. *Pſ.* 30. *Act.* 7.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò Pater noſter.

Altá voce ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Non intres in judícium cum * ſervo tuo [*vel* ancilla tua], Dómine; ℟. Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi; ℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviſcáris in finem. *Pſ.* 73.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio.

TIbi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] *N.* ut * defunctus [*vel* defuncta] ſéculo, tibi vivat; & quæ per fragilitátem humanæ converſatiónis peccáta commíſit, tu, véniâ miſericordíſſimæ pietátis, abſterge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Tum aſpergitur Corpus aquâ benedicta.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Qualibet Hora ſequentis Officii incipitur abſolutè.

AD VESPERAS.

Ant. 3. c. O Dómine.

Pſalmus 114.

DIlexi; quóniam exaúdiet Dóminus * vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam: * miséricors Dóminus & juſtus, & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus; * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus beneféc it tibi.

Quia eripuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

In hoc Officio, in fine omnium Pſalmorum & Canticorum dicitur:

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; * & lux perpétua lúceat eis.

Ant. O Dómine, líbera ánimam meam.

Ant. 2. D. Heu mihi!

Pſalmus 119.

AD Dóminum, cùm tribulárer, clamávi, * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguã dolóſam?

Sagittæ potentis acútæ, * cum carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt! habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ant. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt!

Ant. 8. d. Auxílium.

Pſalmus 120.

LEvávi óculos meos in montes * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſrael.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introitum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc & uſque in séculum.

Ant. Auxílium meum à Dómino, qui fecit cœlum & terram.

Ant. 8. g. Si iniquitátes.

Pſalmus 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine; * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine, * Dómine, quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus, * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem, * ſperet Iſrael in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſrael * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Si iniquitátes obſerváveris, Dómine; Dómine, quis ſuſtinébit?

Ant. 2. D. Opera.

Pſalmus 137.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelórum pſallam tibi: * adorábo ad templum ſanctum tuum, & confitébor nómini tuo,

Super miſericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini; * quóniam magna eſt glória Dómini.

Quóniam excelſus Dóminus, & humília réſpicit; * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me; * & ſuper iram inimicórum meórum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine, miſericórdia tua in séculum; ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

Ant. Opera mánuum tuárum ne deſpícias.

Continuò dicitur:

Ad Magníficat *Ant*

Omne quod dat mihi ad me véniet; & eu venit ad me, non e forás. *Joann.* 6.

Kyrie, eléiſon. ℟ ſte, eléiſon. Kyrie, e

Secretò Pater. *Cl*

℣. Et ne nos inc tentatiónem: ℟. Se nos à malo.

℣. In memória erunt juſti; ℟. Ab a ne mala non timeb 111.

℣. A porta ínfe rue, Dómine, án rum. *Pſ.* 88.

℣. Credo vide Dómini, ℟. In véntium. *Pſ.* 26.

Pſalmus 14

LAuda, ánim Dóminum: Dóminum in vita pſallam Deo meo fúero.

Nolíte confider cípibus, * in fili num in quibus non

Exíbit ſpíritus revertétur in terra * in illa die períl nes cogitatiónes e

Beátus cujus De adjútor ejus, ſpe Dómino Deo ipsíu fecit cœlum & mare, & ómnia q ſunt.

Qui cuſtódit v in ſeculum, facit j

iéntibus, * dat
ſntibus.
ſolvit compe-
minus illúmi-

érigit eliſos,
diligit juſtos.
cuſtódit ádve-
um & víduam
& vias pecca-
rdet.
Dóminus in ſé-
s tuus, Sion,
nem & gene-

ſcant in pace.

, exaudi oratió-
℟. Et clamor
éniat. *Pſ.* 101.
ius vobiſcum.
píritu tuo.
ne Defuncti.
atio.
ómine, aurem
reces noſtras,
icórdiam tuā
precámur, ut
muli tui *N.*
c ſéculo mi-
, in pacis ac
conſtítuas,
n tuórum jú-
nſortem; Per
oſtrum.
mo, poſt litte-
tur Diáconi.
ne Defunctæ.
atio.
is, Dómine,
pietáte miſe-

rére ánimæ fámulæ tuæ *N.* &, à contágiis mortalitátis exútam, in æternæ ſalvatiónis partem reſtítue; Per Dóminum.

In depoſitione Sacerdotis.

Oratio.

DEus, qui inter Apoſtólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Sacerdotáli feciſti dignitáte vigére, præſta, quæſumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio; Per Dóminum noſtrum.

Pro Epiſcopo, loco Sacerdotáli *dicitur* Pontificáli.

In Anniverſariis dicuntur tres de quatuor orationibus ſequentibus, ſcilicet: 1. Deus indulgentiárum, 2. Deus, véniæ largítor *vel* Miſerére, quæſumus, 3. Fidélium.

DEus indulgentiárum, Dómine, da ánimæ * fámuli tui *N.* [Sacerdótis, *vel* Pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N.*] cujus [*vel* animábus famulórum tuórum *N.* & *N.* quorum] [*vel* famulárum tuárum *N.* & *N.* quarum] anniversárium depoſitiónis diem commemorámus, refrigérii ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem.

Pro Benefactoribus.

DEus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis a-

precatiónem meam : * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubeſcant valdè velóciter.

Ant. Salvum me fac propter miſericórdiam tuam, quóniam non eſt in morte qui memor ſit tuî.

Ant. 3. c. Illúmina.

Pſalmus 12.

USquequò, Dómine, oblivíſceris me in finem ? * úſquequò avertis fáciem tuam à me ?

Quámdiù ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem ?

Uſquequò exaltábitur inimícus meus ſuper me ? * réſpice, & exaudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte : * nequandò dicat inimícus meus : Præválui adversùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt ſi motus fúero, * ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo : cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, * & pſallam nómini Dómini altiſſimi.

Ant. Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confitentes tibi ; ℟. & ánimas paúperum tuórum ne oblivíſcáris in finem. *Pſ.* 73.

Secretò. Pater. *Deinde altâ voce* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur ſine Abſolutione, & ſine Benedictionibus.

De libro Job.

Lectio j. Cap. 7.

MIlítia eſt vita hóminis ſuper terram ; & ſicut dies mercenárii dies ejus. Sicut ſervus desíderat umbram, & ſicut mercenárius præſtolátur finem óperis ſui ; ſic & ego hábui menſes vácuos, & noctes laborióſas enumerávi mihi. Si dormíero, dicam : Quando conſurgam ? & rurſum expectábo véſperam, & replébor dolóribus uſque ad ténebras. Indúta eſt caro mea putrédine & sórdibus púlveris ; cutis mea áruit & contracta eſt. Dies mei velóciùs tranſiérunt quàm à texente tela ſuccíditur, & conſumpti ſunt abſque ulla ſpe. Meménto quia ventus eſt vita mea ; & non revertétur óculus meus, ut vídeat bona, nec aſpíciet me viſus hóminis.

ne Lectionum non
Tu autem, *nec*
m aliud.
Velóciter exaudi
›mine; quia defecé-
ut fumus dies mei,
mèa ſicut crémium
ıt: * Dies mei ſicut
declinavérunt. ℣.
ſt vita? Vapor eſt
icum parens. * Dies
. 101. *Jac.* 4.
io ij. Cap. 17.
mei tranſiérunt,
gitatiónes meæ diſ-
unt torquentes cor
Noctem vertérunt
, & rursùm poſt té-
ſpero lucem. Si ſu-
›, infernus domus
, & in ténebris ſtra-
lum meum. Putré-
:i: Pater meus es:
nea, & ſoror mea,
ıs. Ubi eſt ergo
æſtolátio mea, &
am meam quis con-
In profundiſſimum
n deſcendent óm-
ı: putaſne ſaltem
réquies mihi?
Peccávi valdè; ſed
;, Dómine, ut tránſ-
iquitátem ſervi tui;
ıltè egi nimis. ℣.
propítius eſto mihi
ri. * Precor, Dó-
I. Reg. 24. *Luc* 18.
io iij. Cap. 19.
meæ, conſumptis
ıibus, adhæſit os
; & derelicta ſunt

tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miserémini meî, miserémini meî, ſaltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus, & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat ut ſcribantur ſermónes mei? Quis mihi det ut exarentur in libro ſtylo férreo, & plumbi láminâ, vel celte ſculpantur in sílice? Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum: & rursùm circúmdabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meum. Quem viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & non álius: repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. *iij.* Non intres in judícium cum ſervo tuo, Dómine; * Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. ℣. Si juſtus vix ſalvábitur, ímpius & peccátor ubi parébunt? * Quia non juſtificábitur. *Pſ.* 142. *I. Petr.* 4.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. In médio.

Pſalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis

educávit me, * ánimam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſémitas juſtítiæ * propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus * ipſa me conſoláta ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam * adversùs eos qui tríbulant me.

Impinguaſti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dómini * in longitúdinem diérum.

Ant. In médio umbræ mortis non timébo mala, quóniam tu mecum es, Dómine. *Pſ.* 22.

Ant. 8. g. Delicta.

Pſalmus 24.

AD te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus, in te confído, non erubeſcam.

Neque irrídeant me inimíci mei; * étenim univerſi qui ſúſtinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iníqua agentes * ſupervácuè.

Vias tuas, Dómine, demonſtra mihi; * &
tas tuas édoce me.

Dírige me in
tua, & doce me, *
es Deus ſalvátor m
te ſuſtínui totâ di

Reminíſcere mi
num tuárum, Dóm
& miſericordiárum
quæ à ſéculo ſunt.

Delicta juventút
* & ignorántias
memíneris.

Secundùm miſeric
tuam memento m
propter bonitátem
Dómine.

Dulcis & rectu
nus; * propter h
dabit delinquén
via.

Díriget manſué
dício, * docébit m
ſuas.

Ant. Delicta j
meæ & ignoránt
ne memíneris. *P*

Ant. 4. a. Vide

Diviſio Pſalm

UNiverſæ via
miſericórdia
tas * requiréntib
mentum ejus & te
ejus.

Propter nomen
Dómine, propitiáb
cáto meo; * mu
enim.

Quis eſt homo
Dóminum? * lege
ei in via quam elé
Anima ejus in

tur, * & ſemen ejus
ábit terram.
amentum eſt Dómi-
éntibus eum; * &
ntum ipsíus ut ma-
ur illis.
i mei ſemper ad Dó-
, * quóniam ipſe
de láqueo pedes

ice in me, & miſe-
î, * quia únicus &
ſum ego.
ulatiónes cordis mei
icátæ ſunt; * de ne-
bus meis érue me.
iumilitátem meam,
rem meum, * &
universa delicta

ice inimícos meos,
m multiplicáti ſunt,
dio iníquo odérunt

ódi ánimam meam
me: * non eru-
, quóniam ſperávi

centes & recti ad-
nt mihi, * quia ſu-
e.
ra, Deus, Iſrael *
ibus tribulatiónibus

Vide humilitátem
, & labórem meum,
itte universa delicta
℣. 24.
Ne avertas fáciem
me; ℟. Ne declínes
à ſervo tuo. *Pſ.* 26.
r noſter. *ſecretò.*

Sermo ſancti Joannis Chry-
sóſtomi.
Homil. de Dormient. Edit. Bened. §. 1. & 2. *Lectio iv.*

Deus corpus diſſolvit, & in illo habitantem ánimam priùs edúcit ceu ex domo quápiam; ut pòſt in eamdem magnificéntiùs conſtructam domum ánimam cum majóri glória redúcat..... Ne ítaque intueáris eum cujus clauſi ſunt óculi, qui mutus jacet; ſed eum qui reſurget, & accípiet glóriam ineffábilem & ſtupendam mirabilemque: atque à præſenti hujúſmodi aſpectu cogitatiónes transfer in ſpem futúram. At ejus conſuetúdinem requíris, ideóque ingemiſcis ac luges... Et quómodo, ínquies, homo cùm ſim, poſſum non mœrére? Neque ego id póſtulo: non mœrórem vero, ſed mœróris vehementiam. Mœrére namque natúræ eſt; ſed ultra modum mœrére furóris, insániæ, muliebriſque ánimi. Mœre, lacrymáre; ſed ne ægrè moleſtéque feras; ne indignéris. Grátias age ei qui ábſtulit, ut defunctum exornes, ejuſque fúneri hæc juſta ſplendidè perſolvas, ipsíque mittas.

℟. *iv.* Deus meus, ne síleas à me: * Ne ſimul trahas me cum peccatóribus; & cum operántibus iniqui-

tátem ne perdas me. ℣. Pars illórum erit in ſtagno ardenti igne & súlphure. *Ne ſimul. *Pſ.* 27. *Apoc.* 21.

Lectio v. §. 2. & 3.

MOrs quies eſt, & à ſudóribus curiſque ſeculáribus liberátio. Cùm ígitur ex propinquis áliquem víderis hinc abeuntem, ne indignè feras : ſed compúngere, ad teipſum redi, conſciéntiam ſcrutáre ; hoc considera brevi parem tibi ſubeundum eſſe finem. Temperántior eſto, & altérius morte timére diſce. Ignáviam omnem præcíde, facta tua expende, erráta córrige, óptimam fac morum mutatiónem.... Cógita ad quem abíerit, & conſolatiónem áccipe. Eò ſcílicet ubi Paulus eſt, ubi Petrus, ubi Sanctórum chorus omnis. Cógita quómodo reſurrectúrus ſit, cum quanta glória & ſplendóre. Animo réputa, te fletu & lácrymis in re illa nihil immutatúrum, vel emendatúrum ; ſed tibi ipſi damnum ingens allatúrum. Cógita, cùm id facis, quos imitéris, & fuge consórtium in peccátis hujúſmodi. Quos ergo imitáris ? Quos æmuláris ? Infidéles, qui ſpem non habent ; quemádmodùm & Paulus dixit : Ut non contriſtémini ſicut & céteri qui ſpem non habent.

℟. ℣. Ego ad Dóminum aſpíciam, expectábo Deum ſalvatórem meum : confugam, cùm sédero in ténebris : * Iram Dómini portábo, quóniam peccávi ei. ℣. Flagellat Dóminus omnem fílium quem récipit. * Iram. *Mich.* 7. *Hebr.* 12.

Lectio vj. *Homil.* 41. *in I. Corinth.*

SI amícus tuus exceſſit, oportet, quoad fieri poteſt, te ei ſuccúrrere, non lácrymis, ſed précibus, ſed eleemóſynis, ſed oblatiónibus. Non ſunt enim hæc témerè excogitáta, neque fruſtrà eorum qui exceſſérunt, in divinis myſtériis meminimus, & pro ipſis accédimus rogantes Agnum propóſitum, qui mundi peccátum tulit; ſed ut inde eis áliqua ſit conſolátio. Nec abs re is qui aſtat altári, dum veneranda peraguntur myſtéria, clamat : Pro ómnibus qui in Chriſto dormiérunt, & iis qui ipsórum célebrant memóriam. Proptéreà fidenter pro orbe terræ tunc rogámus, & eos cum Martyribus nominámus, cum Confeſſóribus, cum Sacerdótibus. Etenim unum corpus omnes ſumus, etiamſi ſint membra membris ſplendidióra ; & fieri poteſt ut véniam eis om-

:onciliémus, &
& à donis quæ
runtur, & ab iis
ſis nominantur.
oles? Cur luges
:is? quando de-
eſt tanta conci-
.
Clamávi ad te,
dixi: Tu es ſpes
o mea in terra
.* Educ de cu-
nam meam ad
n nómini tuo.
ili David, miſe-
: Educ. *Pſ.* 141.

NOCTURNO.
D. Unam pétii.
lmus 26.
ius illuminátio
& ſalus mea: *
:bo?
is protector vitæ
quo trepidábo?
ɔprópiant ſuper
:es, * ut edant
as;
ulant me inimí-
* ipſi infirmáti
:idérunt.
ſtant adversùm
, * non timébit
.
gat adversùm me
* in hoc ego ſpe-

ɔétii à Dómino,
íram; * ut inhá-
omo Dómini ó-
:ébus vitæ meæ:
:am voluptátem

Dómini, * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcondit me in tabernáculo ſuo; * in die malórum protexit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis: * cantábo & pſalmum dicam Dómino.

Ant. Unam pétii à Dómino, hanc requíram; ut inhábitem in domo Dómini. *Pſ.* 26.

Ant. 4. f. Credo.

Diviſio Pſalmi 26.

Exaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te; * miſerére meî & exaudi me.

Tibi dixit cor meum: Exquisívit te fácies mea; * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me: * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto: * ne derelinquas me, neque deſpícias me, Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me; * Dóminus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua, * & diri-

ge me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me ; * quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui , & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum , viríliter age ; * & confortétur cor tuum , & ſúſtine Dóminum.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium. *Pſ.* 26.

Ant. 8. d. Sitívit.

Pſalmus 41.

QUemádmodùm desíderat cervus ad fontes aquárum , * ita desíderat ánima mea ad te , Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem , vivum : * quando véniam & apparébo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte , * dum dícitur mihi quotídie : Ubi eſt Deus tuus ?

Hæc recordátus ſum , & effúdi in me ánimam meam , * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei.

In voce exultatiónis & confeſſiónis , * ſonus epulantis.

Quare triſtis es , ánima

mea ? * & quar
me ?
Spera in Dec
adhuc confitébc
lutáre vultûs 1
meus.
Ad meipſum
conturbáta eſt
reà memor erc
ra Jordánis ,
niim à monte
Abyſſus aby
cat * in voce ca
tuárum.
Omnia exce
fluctus tui * ſup
iérunt.
In die mand
nus miſericórd
* & nocte cánt
Apud me orá
tæ meæ ; * d
Suſceptor meu
Quare oblit
* & quare con
cédo , dum affl
mícus ?
Dum confrin
mea , * expr
mihi qui tríbul
míci mei.
Dum dicunt
síngulos dies
Deus tuus ? * (
es , ánima mea
conturbas me ?
Spera in Deo
adhuc confitébc
lutáre vultûs m
meus.
Ant. Sitívit
ad Deum fortem

[illegible] ndo véniam, & appa-
[illegible] o ante fáciem Dei ?
[illegible] 41.
℣. Quare triſtis es, áni-
[illegible] mea, & quare contur-
[illegible] me ? ℟. Spera in Deo,
[illegible] óniam adhuc confitébor
[illegible] i. *Pſ.* 41.

Pater noſter. *ſecretò.*

De Epiſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lectio vij. Cap. 15.

SI Chriſtus prædicátur quòd reſurrexit à mórtuis, quómodò quidam dicunt in vobis : Quóniam reſurréctió mortuórum non eſt ? Si autem reſurréctio mortuórum non eſt ; neque Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inánis eſt ergo prædicátio noſtra, inánis eſt & fides veſtra : invenímur autem & falſi teſtes Dei ; quóniam teſtimónium díximus adversùs Deum, quòd ſuſcitáverit Chriſtum quem non ſuſcitávit, ſi mórtui non reſurgunt. Nam ſi mórtui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra : adhuc enim eſtis in peccátis veſtris. Ergo & qui dormiérunt in Chriſto, periérunt. Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabilióres ſumus ómnibus homínibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mórtuis primítiæ dormiéntium : quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem reſurréctio mortuórum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.

℟. *vij.* Scio quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum : * Et in carne mea vidébo Deum meũ. ℣. Oportet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem. * Et. *Job.* 19. *I. Cor.* 15.

Lectio viij.

SEd dicet áliquis : Quómodò reſurgunt mórtui ? qualíve córpore vénient ? Insípiens, tu quod séminas non vivificátur, niſi priùs moriátur ? Et quod séminas, non corpus quod futúrum eſt, ſéminas, ſed nudum granum, ut puta trítici, aut alicújus ceterórum : Deus autem dat illi corpus ſicut vult ; & unicuíque séminum próprium corpus. Non omnis caro éadem caro : ſed ália quidem hóminum, ália verò pécorum, ália vólucrum, ália autem píſcium. Et córpora cœléſtia, & córpora terréſtria : ſed ália quidem cœléſtium glória, ália autem terréſtrium : ália clá-

ritas ſolis, ália cláritas lunæ, & ália cláritas ſtellárum; ſtella enim à ſtella differt in claritáte. Sic & reſurréctio mortuórum. Seminátur in corruptióne, ſurget in incorruptióne: ſeminátur in ignobilitáte, ſurget in glória: ſeminátur in infirmitáte, ſurget in virtúte. ſeminátur corpus animále, ſurget corpus ſpiritále.

℟. *viij.* Qui dórmiunt in terræ púlvere, * Evigilábunt; álii in vitam ætérnam, & álii in oppróbrium. ℣. Procédent qui bona fecérunt, in reſurrectiónem vitæ: qui verò mala egérunt, in reſurrectiónem judícii. * Evigilábunt; álii. *Daniel.* 12. *Joann.* 5.

Lectio ix.

ECce myſtérium vobis dico: Omnes quidem reſurgémus, ſed non omnes immutábimur. In momento, in ictu óculi, in noviſſima tuba: canet enim tuba, & mórtui reſurgent incorrupti: & nos immutábimur. Oportet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónẽ, & mortále hoc indúere immortalitátem. Cùm autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victória. Ubi eſt, mors, victória tua? Ubi eſt, mors, ſtimu-

lus tuus? S
mortis pecc
verò peccát
tem grátias
bis victóri
num noſtru
ſtum. Itaqu
dilecti, ſt
immóbiles
ópere Dón
ſcientes qu
non eſt iná
℟. *ix.* Li
mine, ab
me. Non ab
fundum; n
per me púte
Exaudi me,
nigna eſt mi
* Intende á
líbera eam.
meî, Dómi
Dómine, á
xaudi me.
Deus, Rex
lus pius es.
℣. Occíſus e
redemiſti n
guine tuo. *
mæ. *Pſ.* 68
Apoc. 15. *A*
AD L
Ant. 1. g.
Pſal

MIſerér
ſecund
miſericórdia
Et ſecund
nem miſera
rum * dele
meam.
Amplius la

iquitáte mea ; * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci, * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti ; * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſsópo, & mundábor : * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam, * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua, * & Spíritum ſanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui, * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries, * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes ſacrifícium, dediſſem útique : * holocauſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus : * cor contrítum & humiliátum, Deus, non déſpícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ, oblatiónes & holocauſta : * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Ant. Secundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum dele iniquitátem meam. *Pſ.* 50.

Ant. 8. g. Exaudi.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion ; * & tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exaudi oratiónem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos ; * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti ! * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis do-

mûs tuæ : * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter ; * ſpes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtiâ : * qui conturbas profundum maris, ſonum flúctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis : * éxitus matutíni & véſpere delectábis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam : * multiplicaſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis : paraſti cibum illórum ; * quóniam ita eſt præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus ; * in ſtillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ, * & campi tui replebuntur ubertáte.

Pingueſcent ſpecióſa deſerti, * & exultatióne colles accingentur.

Indúti ſunt aríetes óvium, & valles abundábunt frumento : * clamábunt ; étenim hymnum dicent.

Ant. Exaudi, Deus, oratiónem meam : ad te omnis caro véniet. *Pſ.* 64.

Ant. 4. E. Propter.

Pſalmus 142.

Domine, exaudi oratiónem meam : áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua ; * exaudi me in tua juſtitia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo ; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam ; * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos sǽculi, * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus ; in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis ; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine ; * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me, * & símilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam, * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem, * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere

voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in misericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meã, * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me. *Pſ.* 142.

Ant. 2. D. Miſerére.

Canticum. Baruch. 3.

DOmine omnípotens, Deus Iſraël, * ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius clamat ad te.

Audi, Dñe, & miſerére, * quia Deus es miséricors.

Et miſerére noſtrî, * quia peccávimus ante te.

Quia tu ſedes in ſempiternum, * & nos períbimus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Iſrael, * audi nunc oratiónem mortuórum Iſrael.

Et filiórum ipsórum qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei ſui, * & agglutináta ſunt nobis mala.

Noli meminiſſe iniquitátum patrum noſtrórum; * ſed meménto manûs tuæ, & nóminis tui in témpore iſto.

Quia tu es Dóminus Deus noſter, * & laudábimus te, Dómine.

Ant. Miſerére noſtrî, Dómine, quia peccávimus ante te. *Bar.* 3.

Ant. 7. b. Omnis.

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis bene ſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Omnis ſpíritus laudet Dóminum. *Pſ.* 150.

Ad Benedíctus *Ant.* 1. a. Ego ſum reſurréctio, & vita: qui credit in me, etiamſi mórtuus fúerit, vivet; & omnis qui vivit & credit in me, non moriétur in æternum. *Joann.* 11.

Pater, *& cetera ut ſuprà in Veſperis, excepto quòd, loco Pſalmi* Lauda, ánima, *dicitur Pſal.* De profundis.

IN ANNIVERSARIIS DEFUNCTORUM.

Omnia ut in Officio præcedenti, exceptis quæ ſequuntur.

AD VIGILIAS.

In Anniverſariis ſolemnibus, ſi fiunt cum tribus Nocturnis, Lectiones dicentur ut infrà.

IN I. NOCTURNO.

De Libro Job.

Lectio j. Cap. 7.

PArce mihi; nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Víſitas eum dilúculo, & súbitò probas illum. Uſquequò non parcis mihi? nec dimittis me ut glútiam ſalívam meam? Peccávi: quid fáciam tibi, ô cuſtos hóminum? Quare poſuiſti me contrárium tibi, & factus ſum mihimetipſi gravis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam: &, ſi manè me quæsíeris, non ſubſiſtam.

℞. *j.* Velóciter exaudi me, *p.* cxiij.

Lectio ij. Cap. 10.

MAnus tuæ fecérunt me, & plaſmavérunt me totum in circúitu; & ſic repentè præcípitas me? Memento, quæſo, quòd ſicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me? & ſicut cáſeum me coagulaſti? Pelle & cárnibus veſtiſti me; óſſibus & nervis compegíſti me. Vitam & miſericórdiam tribuiſti mihi, & viſitátio tua cuſtodívit ſpíritum meum.

℞. *ij.* Peccávi valde, *p.* cxiij.

Lectio iij. Cap. 13.

QUantas hábeo iniquitátes & peccáta? ſcélera mea & delicta oſtende mihi. Cur fáciem tuam abſcondis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium quod vento rápitur, oſtendis poténtiam tuam, & ſtípulam ſiccam perséqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, & consúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſervaſti omnes sémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideraſti: qui quaſi putrédo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comé ditur à tínea.

℟. *iij*. Non intres in judícium, *p*. cxiij.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro Enchirídii ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Lectio iv. *Cap*. 109.

NEque negandum eſt defunctórum ánimas pietáte ſuórum vivéntium relevári, cùm pro illis ſacrifícium Mediatóris offertur, vel eleemóſynæ in Eccléſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui, cùm viverent, ut hæc ſibi póſteà poſſent prodeſſe, meruérunt. Eſt enim quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requírat iſta poſt mortem: nec tam malus, ut non ei proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, ut iſta non requírat: & eſt rursùs talis in malo, ut nec his váleat, cùm ex hac vita tranſíerit, adjuvári. Quocircà, hîc omne méritum comparátur, quo poſſit poſt hanc vitam relevári quíſpiam, vel gravári. Nemo autem ſe ſperet, quod hîc negléxerit, cùm obíerit, apud Deum promereri.

℟. *iv*. Deus meus, ne síleas, *p*. cxv.

Ex libro primo Officiórum ſancti Iſidóri, Hiſpalenſis Epíſcopi.

Lectio v. *Cap*. 18.

SAcrifícium pro defunctórum fidélium réquie offerri, vel pro eis orári, quia per totum, hoc, orbem cuſtodítur, crédimus quòd ab ipſis Apóſtolis tráditum ſit. Hoc enim ubíque Cathólica tenet Eccléſia: quæ niſi créderet fidélibus defunctis dimitti peccáta, non pro eórum ſpirítibus vel eleemóſynam fáceret, vel Deo ſacrifícium offerret. Nam &, cùm Dóminus dicit: Qui peccáverit in Spíritum ſanctum, non remittétur ei, neque in hoc século, neque in futúro, demonſtrat quibuſdam illîc dimittenda peccáta, & quodam purgatório igne purganda.

℟. *v*. Ego ad Dóminum aſpíciam. *p*. cxvj.

Ex Teſtamento ſancti Ephrem, Diáconi Edeſſéni.

Lectio vj. Ex Edit. Rom. anni 1743. *tom*. 2. *p*. 395.

VOs volo, Fratres mei, commonefácere, docére atque adhortári ut memóriam meî in veſtris oratiónibus ac précibus faciátis... Ne me cum aromátibus ſepeliátis, non enim hic mihi honor prodeſt: neque mecum ſuáves odóres ponátis; non enim decet me glória: ſed thura date in ſanctuário; me autem oratiónibus veſtris comitémini. Arómata offerte Deo, & pſalmis me

proſequámini. Pro odóribus & aromátibus, meî memóriam in veſtris deprecatiónibus perágite : quid enim mórtuo próderit ſuávis odor jam ſenſu carenti? .... Accédite, Fratres, & extendentes compónite me..... Viáticum ſuppeditáte mihi in oratiónibus, in pſalmis & oratiónibus. Et quando diem trigéſimum complévero, meî memóriam, Fratres, fácite; mórtui enim eâ oblatióne juvantur quam viventes fáciunt.... Si viri Mathathíæ, qui in myſtério res órdine geſtas detinébant, débita eórum qui in bello cecíderant, cùm eſſent opéribus ſuis gentílium labe inquináti, in oblatiónibus mundárunt; quantò magis Sacerdótes Fílii Dei in ſanctis oblatiónibus ſuis, & in deprecatiónibus linguárum ſuárum, mortuórum débita sólvere póterunt?

℞. *vj.* Clamávi, *p.* cxvij.

IN III. NOCTURNO.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.

Lectio vij. Cap. 8.

QUòd ſi Spíritus ejus qui ſuſcitávit Jeſum à mórtuis, hábitat in vobis; qui ſuſcitávit Jeſum Chriſtum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora veſtra propter inhabitantem Spíritum ejus in vobis. Ergo, Fratres, debitóres ſumus non carni, ut ſecundùm carnem vivámus. Si enim ſecundùm carnem vixéritis, moriémini: ſi autem ſpíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicumque enim Spíritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei.

℞. *vij.* Scio quòd, *p.* cxix.

Lectio viij.

NOn ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ revelatiónem filiórum Dei expectat. Vanitáti enim creatúra ſubjecta eſt non volens, ſed propter eum qui ſubjécit eam in ſpe: quia & ipſa creatúra liberábitur à ſervitúte corruptiónis in libertátem glóriæ filiórum Dei. Scimus enim quòd omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primítias ſpíritûs habentes; & ipſi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei expectantes, redemptiónem córporis noſtri: ſpe enim ſalvi facti ſumus. Spes autem quæ vidétur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? ſi autem quod non vidémus ſperámus, per patiéntiam expectámus.

viij. Qui dórmiunt, cxx.

ːpíſtola prima beáti auli Apóſtoli ad Corínthios.

·ctio ix. Cap. 15.

Portet Chriſtum regnáre, donec ponat omnes inimícos ſub ›us ejus. Novíſſima ı inimíca deſtruétur ; ómnia enim ſub- ſub pédibus ejus. autem dicat : Omnia cta ſunt ei ; ſine dú- ·ræter eum qui ſubjé- ómnia. Cùm autem cta fúerint illi ómnia, & ipſe Fílius ſubje- ·rit ei qui ſubjécit ſi- ıınia, ut ſit Deus óm- ı ómnibus. Alióquin fácient qui baptizan- ro mórtuis, ſi omní- .órtui non reſurgunt ? .id & baptizantur pro ut quid & nos peri- nur omni horâ ? Quo- mórior per veſtram am, fratres, quam o in Chriſto Jeſu Dó- › noſtro.

ix. Líbera, *p.* cxx.

Anniverſariis minùs nibus, quæ ſunt tan- trium Lectionum, di- unicum Nocturnum & ntur Antiphonæ, Pſal- Verſus & Reſponſoria fficio præcedenti ſecun- Feriam.

FERIA II. ET V.

De Libro Job.

Lectio j. Cap. 14.

HOmo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur & contéritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in judícium ? Quis poteſt fácere mundum de immundo concéptum sémine ? Nonne tu qui ſolus es ? Breves dies hóminis ſunt, númerus ménſium ejus apud te eſt : conſtituiſti términos ejus qui præteríri non póterunt. Recéde páululùm ab eo, ut quieſcat, donec optáta véniat ſicut mercenárii dies ejus.

℟. *j.* Velóciter, *p.* cxiij.

Ex Catechéſi ſancti Cyrilli, Hieroſolymitáni Epíſcopi.

Catech. 23. *Myſtag.* 5. *Edit. Bened.* §. 9. & 10. *Lectio ij.*

PRo ómnibus qui inter nos vitâ functi ſunt, orámus : máximum hoc credentes adjumentum illis animábus fore, pro quibus orátio defertur, dum ſancta & perquàm tremenda coràm jacet Víctima. Hujus rei fidem vobis ab exemplo fácere vó-

lo. Novi enim multos ita dícere : Quid juvat ánimam ex hoc mundo in peccátis , ſeu ſine peccátis decedentem, ſi ejus in oratióne méntio fiat ? An verò , ſi Rex quíſpiam viros à quibus offenſus fúerit , relegárit in exílium ; poſteáque illi ad quos áttinent , corónam plectentes, eam Regi pro ſuis pœnâ ab ipſo affectis obtúlerint ; nonne ipſis ſuppliciórum relaxatiónem gratificatúrus eſt ? Ad eumdem modum & nos pro defunctis , etiamſi peccatóres ſint , preces Deo offerentes , non corónam pléctimus ; ſed Chriſtum mactátum pro peccátis noſtris offérimus , clementem Deũ cùm pro illis , tùm pro nobis demeréri & propitiáre ſatagentes.

℞. *ij*. Peccávi , *p*. cxiij.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Lectio iij. Cap. 3.

FUndamentum áliud nemo poteſt pónere, præter id quod póſitum eſt , quod eſt Chriſtus Jeſus. Si quis autem ſuperædíficat ſuper fundamentum hoc aurum , argentum , lápides pretióſos , ligna , fœnum , ſtípulam ; uniuſcujuſque opus manifeſtum erit. Dies enim Dómini declarábit ; quia in igne revelábitur : & uniuſcujuſque opus, quale ſit, ignis probábit. Si cujus opus mánſerit quod ſuperædificávit, mercédem accípiet. Si cujus opus árſerit , detrimentum patiétur : ipſe autem ſalvus erit , ſic tamen quaſi per ignem.

℞. *iij*. Non intres, *p*. cxiij.

FERIA III. ET *VI*.

De Libro ſecundo Machabæórum.

Lectio j. Cap. 12.

VIr fortíſſimus Judas hortabátur pópulum conſerváre ſe ſine peccáto, ſub óculis videntes quæ facta ſunt pro peccátis eórum qui proſtráti ſunt. Et factâ collatióne, duódecim míllia drachmas argenti miſit Jeroſólymam, offerri pro peccátis mortuórum ſacrifícium, *benè* & religióſè de reſurrectióne cógitans. Niſi enim eos qui cecíderant, reſurrectúros ſperáret , ſupérfluum viderétur & vanum oráre pro mórtuis ; & quia conſiderábat quòd hi qui cum pietáte dormitiónem accéperant, óptimam habérent repóſitam grátiam. Sancta ergo & ſalúbris eſt cogitátio pro defunctis exoráre, ut à peccátis ſolvantur.

℞. *j*. Deus, *pag*. cxv.

ibro ſancti Epiphánii
copi, de hæréſibus.
ectio ij. Hæreſ. 75.
Sect. 7. & 8.

Uod ſpectat ad ritum
illum, quo mortuó-
nómina pronuntian-
quid eo eſſe poteſt
is? Quid opportúnius,
admiratióne dignius?
pe ut qui adſunt,
ſimè ſibi perſuádeant
uos vívere, nec in ní-
n redactos eſſe; ſed
ere adhuc, atque apud
inum vívere; tùm ut
iosíſſimum illud dog-
prædicétur, quo qui
frátribus precantur,
de illis ſperáre con-
uaſi péregrè profectis.
rùm quæ pro mórtuis
ipiuntur preces, iis
s ſunt, tametſi non
es culpas extinguant...
& juſtórum páriter
ccatórum mentiónem
nus: peccatórum qui-
, ut iis à Dómino mi-
ordiam implorémus:
rum autem, ut Dó-
m Jeſum Chriſtum
lári quodam honóre
quentes, ab ceteró-
hóminum órdine ſe-
émus...... Neceſsárió
e illud Eccléſiam di-
quæ tráditum ſibi ri-
illum à majóribus ac-
rit.

ij. Ego ad Dóminum,
cxvj.

De Epíſtola ſecunda beáti
Pauli Apóſtoli ad
Corínthios.
Lectio iij. Cap. 5.

SCimus, fratres, quó-
niam ſi terreſtris domus
noſtra hujus habitatiónis
diſſolvátur, quòd ædifica-
tiónem ex Deo habémus,
domum non manufactam,
ætérnam in cœlis. Nam &
in hoc ingemiſcimus, ha-
bitatiónem noſtram quæ
de cœlo eſt, ſuperíndui cu-
pientes...... Audémus au-
tem, & bonam voluntátem
habémus magis peregriná-
ri à córpore, & præſentes
eſſe ad Dóminum. Et ídeò
conténdimus, ſive abſen-
tes, ſive præſentes placére
illi. Omnes enim nos ma-
nifeſtári oportet ante tri-
búnal Chriſti, ut réferat
unuſquiſque própria cór-
poris, prout geſſit, ſive
bonum, ſive malum.

℟. iij. Clamávi, *p.* cxvij.

FERIA IV.
ET SABBATO.

De Ezechiéle Prophéta.
Lectio j. Cap. 37.

FActa eſt ſuper me ma-
nus Dómini, & eduxit
me in ſpíritu Dómini; &
dimíſit me in médio cam-
pi qui erat plenus óſſibus;
& circumduxit me per ea
in gyro. Erant autem mul-
ta valdè ſuper fáciem cam-
pi, ſiccaque vehementer.
Et dixit ad me: Fili hómi-

£ v

nis, putaſne vivent oſſa iſta? Et dixi: Dómine Deus, tu noſti. Et dixit ad me: Vaticináre de óſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa árida, audíte verbum Dómini. Hæc dicit Dóminus Deus óſſibus his: Ecce ego intromittam in vos ſpíritum, & vivétis; & dabo ſuper vos nervos, & ſuccréſcere fáciam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem, & dabo vobis ſpíritum & vivétis, & ſciétis quia ego Dóminus.

℟. *j*. Scio quòd, *p*. cxix.

Ex Libro quarto Dialogórum ſancti Gregórii Magni.

Lectio ij. Cap. 39.

De quibuſdam lévibus culpis eſſe ante judícium purgatórius ignis credendus eſt, pro eo quòd Véritas dicit: Si quis in Spíritum ſanctum blaſphémiam díxerit, neque in hoc ſéculo remittétur ei, neque in futúro. In qua ſenténtia datur intélligi, quaſdam culpas in hoc ſéculo, quaſdam in futúro poſſe laxári. Quod enim de uno negátur, cónſequens intellectus patet, quia quibuſdam concéditur. Sed tamen hoc de parvis minimiſque peccátis fieri poſſe credendum eſt. Quæ cuncta étiam poſt mortem gravant, ſi adhuc in hac vita póſitis mínimè fúerint relaxáta.

℟. *ij*. Qui dórmiunt, *pag.* cxx.

De Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Theſſalonicenſes.

Lectio iij. Cap. 4.

Nolumus vos ignoráre, Fratres, de dormiéntibus, ut non contriſtémini ſicut & céteri qui ſpem non habent. Si enim crédimus quòd Jeſus mórtuus eſt & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormiérunt per Jeſum, addúcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini, quia nos qui vívimus, qui reſídui ſumus in adventum Dómini, non præveniémus eos qui dormiérunt. Quóniam ipſe Dóminus in juſſu, & in voce Archángeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo: & mórtui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui vívimus, qui relínquimur, ſimul rapiémur cum illis in núbibus óbviam Chriſto in áera; & ſic ſemper cum Dómino érimus. Itaque conſolámini ínvicem in verbis iſtis.

℟. *iij*. Líbera me, Dómine, ab iis qui odérunt me. Non abſórbeat me profundum, neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum. Exaudi me, quóniam be-

nigna eſt miſericórdia tua: * Intende ánimæ meæ, & líbera eam. ℣. Miſerére meî, Dómine, Fili David: Dómine, ádjuva me. * Intende ánimæ meæ. *Pſ.* 68. *Matth.* 15.

Ad Laudes ut ſuprà, pag. cxx. *& ſeq.*

COMMENDATIONES DEFUNCTORUM.

Quando pro pluribus fiunt, dicuntur Orationes in plurali.

℟. DOmine Deus, audi nunc oratiónẽ mortuórum Iſrael, qui peccavérunt ante te. Noli meminiſſe iniquitátum patrũ noſtrórum, ſed * Meménto manûs tuæ & nóminis tui. ℣. Occíſus es, Dómine, & redemiſti nos Deo in ſánguine tuo. * Meménto. *Baruch.* 3. *Apoc.* 5.

Abſolutè ſine Orémus.

Oratio.

TIbi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui *N.* ut defunctus (*vel* fámulæ tuæ *N.* ut defuncta) ſéculo tibi vivat; & quæ per fragilitátem humánæ converſatiónis peccáta commíſit, tu véniâ miſericordíſſimæ pietátis abſterge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Alia Oratio.

MIſericórdiam tuam, Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, pietátis affectu rogáre pro áliis cógimur, qui pro noſtris rogáre peccátis nequáquam ſufficimus. Tamen de tua confíſi gratúitâ pietáte & ineffábili bonitáte, cleméntiam tuam depóſcimus, ut ánimam * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* ad te reveniéntem cum benignitáte ſuſcípias. Adſit ei Angelus teſtamenti tui Míchael, & per manus ſanctórum Angelórum tuórum inter ſanctos & electos tuos, in ſinu Abrahæ, Iſaac & Jacob Patriarchárum tuórum eam collocáre dignéris, quátenùs liberáta de princípibus tenebrárum & de locis pœnárum, nullis jam primævæ nativitátis vel ignorántiæ, aut própriæ iniquitátis, ſeu fragilitátis confundátur erróribus; ſed agnoſcátur à Sanctis tuis, & ſanctæ beatitúdinis réquie perfruátur; ut cùm magni judícii dies advénerit, inter ſanctos & electos tuos * reſuſcitátus, (*vel* reſuſcitáta) glóriâ manifeſtæ contemplatiónis tuæ perpétuò ſatiétur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Pſalmus In éxitu Iſrael de Ægypto, *pag.* 27, *in cujus fine*, Réquiem, &c. *& poſteà dicitur:*

Ant. 2. D. Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino; adjútor eórum & protector eórum eſt. *Pſ.* 113.

Oratio.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui humáno córpori ánimam ad ſimilitúdinem tuam inſpiráre dignátus es; dum, te jubente, pulvis in púlverem revértitur, tu imáginem tuam, cum ſanctis & electis tuis, sédibus æternis præcípias ſociári; eamque ad te revertentem de Ægypti pártibus blandè leniterque ſuſcípias, & Angelos tuos ſanctos ei óbviam mittas: viamque illi juſtítiæ demonſtra, & portas glóriæ tuæ áperi. Repelle, quæſumus, Dómine, ab ea omnes príncipes tenebrárum; & agnoſce depóſitum fidéle quod tuum eſt. Súſcipe, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, Dómine; & non eſt ſecundùm ópera tua. Lætífica, clementíſſime Pater, ánimam ejus, & clarífica eam in multitúdine miſericórdiæ tuæ. Ne memíneris, quæſumus, iniquitátum ejus antiquárum, quas ſuſcitávit furor mali deſidérii. Licèt enim peccáverit, tamen te non negávit; ſed ſigno fidei inſignita, te, qui ómnia, & eam inter ómnia feciſti, fidéliter adorávit; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Pſal. Dilexi, *pag.* 128. Crédidi, 95. Laudáte Dóminum, omnes gentes, 121. Confitémini, 13. *Totus Pſalmus*, Beáti immaculáti, *in Horas Dominicæ diſtributus*, 14. *In fine ultimi Pſalmi*, Réquiem, &c. *& poſteà dicitur*:

Ant. 8. g. Circumdedérunt me dolóres mortis; & perícula inferni invenérunt me. O Dómine, líbera ánimam meam. *Pſ.* 114.

Oratio.

DIri vúlneris novitáte perculſi, & quodámmodo córdibus ſauciati, miſericórdiam tuam, mundi Redemptor, flebílibus vócibus implorámus; ut ánimam * fámuli tui (*vel fámulæ tuæ*) *N.* ad tuam cleméntiam, qui fons pietátis es, revertentem blandè leniterque ſuſcípias; & quas ex carnáli contagióne contraxit máculas, tu, Deus, inólitâ bonitáte clementer déleas, piè indúlgeas, oblivióni in perpétuum tradas: atque hanc, laudem tibi cum céteris reditúram, & ad corpus próprium quandóque reverſúram, Sanctórum tuórum

cœtibus aggregári præcípias ; Qui cum Deo Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Kyrie, eléïſon. Chriſte, eléïſon. Kyrie, eléïſon.

Pater noſter. *ſecretò.*

Altâ voce, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem: ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Clamávi ad te, Dómine: dixi: Tu es ſpes mea, ℟. Pórtio mea in terra vivéntium. *Pſ.* 141.

℣. Educ de cuſtódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo; ℟. Me expectant juſti, donec retríbuas mihi. *Pſ.* 141.

℣. Cuſtódi ánimam meã & érue me, ℟. Non erubeſcam, quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 24.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam: ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio.

PArtem beátæ reſurrectiónis obtíneat, quæſumus, Dómine, ánima * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* vitamque ætérnam habére mereátur in cœlis; Per te, Jeſu Chriſte, Salvátor mundi.

DEus, cui ſoli cómpetit medicínam præſtáre poſt mortem; præſta, quæſumus, ut ánima * fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* terrénis exúta contágiis in tuæ redemptiónis parte numerétur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Requieſcant in pace.

℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ.

ANTE PRANDIUM.

BEnedícite. ℟. Dóminus. ℣. Oculi ómnium in te ſperant, Dómine; & tu das illis eſcam in témpore opportúno: áperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. *Pſ.* 144.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat, &c.

Kyrie, eléïſon. Chriſte, eléïſon. Kyrie, eléïſon.

Secretò Pater. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

Oratio.

BEnedic, Dómine, dona † tua, quæ de tua largitáte ſumus ſumptúri; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Si fiat Lectio, Lector dicit: Jube, Domne, benedícere.

Benedictio. Menſæ cœleſtis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ.

℟. Amen.

In fine Lectionis dicitur:

Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

GRATIARUM ACTIO poſt prandium.

Qui benedixit menſam, incipit: ℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, ℟. Et ſancti tui benedícant tibi. *Pſ.* 144.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat. *Poſteà dicit:*

AGimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro univérſis beneficiis tuis; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Deinde alternatim dicitur:

Pſalmus 116.

LAudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri, &c.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter. *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Diſperſit, dedit paupéribus: ℟. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore; ℟. Semper laus ejus in ore meo. *Pſ.* 33.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea: ℟. Aúdiant manſuéti, & læténtur. *Pſ.* 33.

℣. Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum. *Pſ.* 33.

℣. Sit nomen Dómini benedictum, ℟. Ex hoc nunc & uſque in ſéculum. *Pſ.* 110.

REtribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen ſanctum tuum vitam ætérnam. ℟. Amen.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Submiſſiori voce: Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ ante cœnam.

BEnedícite. ℟. Dóminus. ℣. Edent paúperes & ſaturabuntur; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vivent corda eórum in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 21.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat, &c.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò Pater noſter, &c.

Clarâ voce ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

Oratio.

BEnedic, Dómine, dona † tua quæ de tua largitáte ſumus ſumptúri; Per Chriſtum.

Ad Lect. Bened. Ad cœnam perpétuæ vitæ perdúcat nos Rex ætérnæ glóriæ.

℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO poſt cœnam.

Qui benedixit menſam, dicit:

℣. Memóriam fecit mirabílium ſuórum, *& alii proſequuntur,* Miséricors & miſerátor Dóminus: eſcam dedit timéntibus ſe. *Pſ.* 101.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat. *Poſteà dicit:*

BEnedíctus Deus in donis ſuis, & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis; Qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Deinde alternatim dicitur Pſalmus, Laudáte Dóminum, omnes gentes, &c. *ut ſuprà, pag.* cxxxiv.

IN JEJUNIIS.

Ad refectionem fit Benedictio menſæ, & Gratiarum actio, ut notatum eſt pro cœna.

TEMPORE PASSIONIS,

Ad prandium & refectionem omittitur Glória Patri.

TEMPORE PASCHALI,

Ad ℣℣. Oculi, Confiteantur, Edent & Memóriam, *additur* Allelúia.

ITINERARIUM.

Viator in ipſo itineris ingreſſu, ſi ſolus fuerit, dicat in ſingulari, ſi cum ſociis, in plurali, ea quæ ſequuntur.

Canticum, Benedíctus Dóminus, *pag.* 12.

Ant. 5. C. In viam pacis & proſperitátis dírigat nos omnípotens & miséricors Dóminus: & Angelus Ráphael comitétur nobiſcum in via, ut cum pace, ſalúte & gáudio, revertámur ad própria.

PRECES.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò Pater. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvos fac ſervos tuos, ℟. Deus meus, ſperantes in te. *Pſ.* 85.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de ſancto, ℟. Et de Sion tuére nos. *Pſ.* 19.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60.

℣. Nihil proficiat inimícus in nobis; ℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Pſ.* 88.

℣. Benedíctus Dóminus die quotídie: ℟. Próſperum iter fáciat nobis Deus ſalutárium noſtrórum. *Pſ.* 67.

℣. Vias tuas, Dómine, demonſtra nobis; ℟. Et sémitas tuas édoce nos. *Pſ.* 24.

℣. Utinam dirigantur viæ noſtræ, ℟. Ad cuſtodiendas juſtificatiónes tuas. *Pſ.* 118.

℣. Erunt prava in dirécta, ℟. Et áſpera in vias planas. *Iſ.* 40.

℣. Angelis ſuis Deus mandávit de te, ℟. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis. *Pſ.* 90.

℣. Dómine, exaudi, &c.

Oratio.

DEus, qui fílios Iſrael per maris médium ſicco veſtígio ire feciſti, quique Magis iter ad te, ſtellâ duce, pandiſti; tríbue nobis, quæſumus, iter próſperum, tempuſque tranquillum; ut, Angelo tuo ſancto cómite, ad eum quò pérgimus locum, ac demùm ad æternæ ſalútis portum pervenire felíciter valeámus.

DEus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes ſuæ peregrinatiónis vias illæſum cuſtodiſti; quæſumus ut nos fámulos tuos cuſtodíre dignéris. Eſto nobis, Dómine, in procinctu ſuffrágium, in via ſolátium, in æſtu umbráculum, in plúvia & frígore teguméntum, in laſſitúdine vehículum, in adverſitáte præſídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quò téndimus, próſperè perveniámus, & demùm incólumes ad própria redeámus.

ADeſto, quæſumus, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris; & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne; ut, inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes, tuo ſemper protegámur auxílio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat; &, beáti Joannis præcurſóris hortaménta ſectando, ad eum quem prædixit, ſecúra pervéniat, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui tecum.

℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace in nómine Dómini.

℟. Amen.

PRÆPARATIO AD MISSAM.

AD LIBITUM SACERDOTIS.

Pſ. 83. Quàm dilecta, *pag.* 92.

Pſ. 84. Benedixiſti, *p.* 85.

Pſ. 85. Inclína, *p.* 131.

Pſ. 115. Crédidi, *p.* 95.

Pſ. 129. De profundis, *p.* 112.

Ant. Dómine, memor eſto meî; & ne vindictam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delicta mea, vel parentum meórum. *Tob.* 3.

PRECES.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Ego dixi: Dómine, miſerére meî; ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Pſ.* 40.

℣. Convértere, Dómine: úſquequò? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam, ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſ.* 13.

℣. Ab occultis meis munda me, Dómine, ℟. Et ab aliénis parce ſervo tuo. *Pſ.* 18.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 110.

Oratio.

AUres tuæ pietátis, mitíſſime Deus, inclína précibus noſtris, & grátiâ ſancti Spíritûs illúmina cor noſtrum; ut tuis myſtériis dignè miniſtráre, teque æternâ caritáte diligere mereámur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas lóquitur, & quem nullum latet ſecrétum: purífica per infuſiónem ſancti Spíritûs cogitatiónes cordis noſtri, ut te perfectè diligere, & dignè laudáre mereámur.

URe igne ſancti Spíritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Dómine; ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

MEntes noſtras, quæſumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit, illúminet, & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Filius, veritátem.

ADſit nobis, quæſumus, Dómine, virtus Spíritûs ſancti; quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab ómnibus tueátur adverſis.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spíritûs illuſtratióne docuiſti: da nobis in eódem Spíritu recta ſápere, & de ejus ſemper conſolatióne gaudére.

COnſciéntias noſtras, quæſumus, Dómine, viſitando purífica; ut véniens Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Fílius tuus, parátam ſibi in nobis invéniat manſiónem; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO poſt Miſſam.

Cant. 3. puer. Dan. 3.

BEnedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cœli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, ſol & luna, Dómino: * benedícite, ſtellæ cœli, Dómino.

Benedícite, omnis imber & ros, Dómino: * benedícite, omnes ſpíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis & æſtus, Dómino: * benedícite, frigus & æſtus, Dómino.

Benedícite, rores & pruína, Dómino: * benedícite, gelu & frigus, Dómino.

Benedícite, glácies & nives, Dómino: * benedícite, noctes & dies, Dómino.

Benedícite, lux & ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura & nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum; * láudet & ſuperexaltet eum in ſécula.

Benedícite, montes & colles, Dómino: * benedícite, univerſa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária & flúmina, Dómino.

Benedícite, cete & ómnia quæ moventur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béſtiæ & pécora, Dómino: * benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Iſrael Dóminum; * laudet & ſuperexaltet eum in ſécula.

Benedícite, ſacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, ſervi Dómini, Dómino.

Benedícite, ſpíritus & ánimæ juſtórum, Dómino: * benedícite, ſancti & húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Anánia, Azária, Míſael Dómino: * laudáte & ſuperexaltáte eum in sécula.

Hìc, loco Glória Patri, *dicitur:*

Benedicámus Patrem & Fílium cum ſancto Spíritu: * laudémus, & ſuperexaltémus eum in sécula.

Benedictus es, Dómine, in firmamento cœli; * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in sécula.

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus: * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ: * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro: * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis;* omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Benedícite, ſacerdótes Dómini, Dómino: laudáte & ſuperexaltáte eum in sécula.

P R E C E S.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter.

℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, ℟. Et ſancti tui benedícant tibi. *Pſ.* 144.

℣. Exultábunt ſancti in glória; ℟. Lætabuntur in cubílibus ſuis. *Pſ.* 149.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis, ℟. Sed nómini tuo da glóriam. *Pſ.* 113.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 103.

Oratio.

MAjeſtátem tuam, Dómine, ſupplíciter exorámus, ne períre patiáris quibus tanta remédia providiſti; ſed, cum divíni frequentatióne myſtérii, creſcat noſtræ ſalútis effectus.

ACtiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſéquere; ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiatur.

ADjuvet nos grátia tua, omnípotens Deus, ut

qui offícium Sacerdotále ſuſcépimus, dignè ac devótè tibi in omni puritáte & conſciéntia bona famulári valeámus: & ſi non póſſumus in tanta innocéntia vitæ conversári, ut debémus; concéde nobis tamen dignè flere mala quæ fécimus, & in ſpíritu humilitátis ac bonæ voluntátis propóſito, ibi fervéntiùs de cétero deſervíre; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

LITANIÆ

SANCTISSIMI NOMINIS JESU.

Kyrie, eléiſon.
Chriſte, eléiſon.
Kyrie, eléiſon.
Jeſu, audi nos.
Jeſu, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miſerére nobis.
Fili Redemptor mundi, Deus, miſerére nobis.
Spíritus ſancte, Deus, miſerére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miſerére nobis.
Jeſu, Fili Dei vivi,
Jeſu, ſplendor Patris,
Jeſu, candor lucis æternæ,
Jeſu, Rex glóriæ,
Jeſu, ſol juſtítiæ,
Jeſu, Fili Maríæ Vírginis,
Jeſu admirábilis,
Jeſu, Deus fortis,
Jeſu, Pater futúri séculi,
Jeſu, magni Consílii Angele,
Jeſu potentíſſime,
Jeſu patientíſſime,

Miſerére nobis.

Jeſu obedientíſſime,
Jeſu mitis & húmilis corde,
Jeſu, amátor caſtitátis,
Jeſu, amor noſter,
Jeſu, Deus pacis,
Jeſu, auctor vitæ,
Jeſu, exemplar virtútum,
Jeſu, zelátor animárum,
Jeſu, Deus noſter,
Jeſu, refúgium noſtrū,
Jeſu, Pater páuperum,
Jeſu, theſaurus *Fidélium*,
Jeſu, bone Paſtor,
Jeſu, lux vera,
Jeſu, ſapiéntia ætérna,
Jeſu, bónitas infiníta,
Jeſu, via & vita noſtra,
Jeſu, gáudium Angelórum,
Jeſu, Rex Patriarchárum,
Jeſu, magiſter Apoſtolórum,
Jeſu, doctor Evangeliſtárum,

Miſerére nobis.

titúdo Mártyrum, érc nobis.
nen Confeſſórum, ére nobis.
úritas Vírginum, ére nobis.
oróna Sanctórum um, miſerére nob.
is eſto, parce no- Jeſu.
is eſto, exaudi nos,

i malo, líbera nos,

ni peccáto, líbera Jeſu.
tua, líbera nos,

diis diáboli, líbera Jeſu.
tu fornicatiónis, a nos, Jeſu.
e perpétua, líbera Jeſu.
ectu inſpiratiónum m, líbera nos, Jeſu.
ſtérium ſanctæ In- tiónis tuæ, líbera Jeſu.
tivitátem tuam, lí- nos, Jeſu.
ántiam tuam, líbe- os, Jeſu.
iníſſimam vitam, líbera nos, Jeſu.
óres tuos, líbera.
óniam & paſſiónem, líbera nos, Jeſu.
Per crucem & derelictiónem tuam, líbera nos.
Per languóres tuos, líbera nos, Jeſu.
Per mortem & ſepultúram tuam, líbera nos, Jeſu.
Per Reſurrectiónem tuam, líbera nos, Jeſu.
Per Aſcenſiónem tuam, líbera nos, Jeſu.
Per gáudia tua, líbera nos, Jeſu.
Per glóriam tuam, líbera nos, Jeſu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Jeſu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exaudi nos, Jeſu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miſerére nobis, Jeſu.
Jeſu, audi nos.
Jeſu, exaudi nos.
℣. Confitébimur tibi, Deus, ℟. Et invocábimus nomen tuum. *Pſ.* 74.

Oratio.

Domine Jeſu, cujus Nomen nemo dícere poteſt niſi in Spíritu ſancto: concéde, quæſumus, ut, in eódem Spíritu ſacratíſſimum Nomen tuum invocantes, ſalvos fácias à peccátis; Qui vivis & regnas, &c.

LITANIÆ
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon.
Kyrie, eléiſon.
Chriſte, audi nos.
Chriſte, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miſerére nobis.
Fili Redemptor mundi, Deus, miſerére nobis.
Spíritus ſancte, Deus, miſerére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miſerére nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix,
Sancta Virgo Vírginum,
Mater Chriſti,
Mater divínæ grátiæ,
Mater puríſſima,
Mater caſtíſſima,
Mater invioláta,
Mater intemeráta,
Mater amábilis,
Mater admirábilis,
Mater Creatóris,
Mater Salvatóris,
Virgo prudentíſſima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidélis,
Spéculum juſtítiæ,
Sedes Sapiéntiæ,
Cauſa noſtræ lætítiæ,
Vas ſpirituále,
Ora pro nobis.
Vas honorábile, ora pro nobis.
Vas inſigne devotiónis, ora pro nobis.
Roſa myſtica,
Turris Davídica,
Turris ebúrnea,
Domus áurea,
Fœderis arca,
Jánua cœli,
Stella matutína,
Salus infirmórum,
Ora pro nobis.
Refúgium peccatórum, ora pro nobis.
Conſolátrix afflictórum, ora pro nobis.
Auxílium Chriſtianórum, ora pro nobis.
Regína Angelórum, ora pro nobis.
Regína Patriarchárum, ora pro nobis.
Regína Prophetárum, ora pro nobis.
Regína Apoſtolórum, ora pro nobis.
Regína Mártyrum, ora pro nobis.
Regína Confeſſórum, ora pro nobis.
Regína Vírginum, ora pro nobis.
Regína Sanctórum ómnium, ora pro nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miſerére nobis.

Chriſte, audi nos.

Chriſte, exaudi nos.

℣. Ora pro nobis, Sancta Dei génitrix, ℟. Ut digni efficiámur promiſſiónibus Chriſti.

Oratio.

Deus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ Virginitáte fœcundâ, humáno géneri præmia præſtitiſti: tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

INDEX PSALMORUM

Pſalmi.		*Pagina.*
119	AD Dominum, cùm tribularer,	63
27	Ad te, Domine, clamabo,	7
24	Ad te, Domine, levavi animam meam,	89
122	Ad te levavi oculos meos,	96
28	Afferte Domino, filii Dei,	75
77	Attendite, popule meus, legem meam,	68
48	Audite hæc, omnes gentes,	76
118	BEati immaculati in via,	14
127	Beati omnes qui timent Dominum,	79
31	Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,	97
40	Beatus qui intelligit ſuper egenum,	121
1	Beatus vir qui non abiit in conſilio,	2
111	Beatus vir qui timet Dominum,	27
33	Benedicam Dominum in omni tempore,	74
103	Benedic, anima mea, Domino: Domine Deus,	35
102	Benedic, anima mea, Domino; & omnia,	44
143	Benedictus Dominus Deus meus,	47
84	Benedixiſti, Domine, terram tuam,	85
91	Bonum eſt confiteri Domino,	43
95	CAntate Domino canticum novum: cantate,	42
149	Cantate Dño canticum novum: *laus ejus*,	123
97	Cantate Domino canticum novum; quia,	88
18	Cœli enarrant gloriam Dei,	37
74	Confitebimur tibi, Deus,	79
110	Confitebor tibi, Domine, ... in concilio,	26
9	Confitebor tibi, Domine, ... narrabo,	57
137	Confitebor tibi, Domine, ... quoniam audiſti,	45
104	Confitemini Domino, & invocate,	51
135	Confitemini Dño, quoniam... Confitemini,	38
106	Confitemini Domino, quoniam.... Dicant,	55
117	Confitemini Dño, quoniam.... Dicat nunc,	13
105	Confitemini Dño, quoniam... Quis loquetur,	52
15	Conſerva me, Domine, quoniam ſperavi,	82
115	Credidi; propter quod locutus ſum,	95
4	Cùm invocarem, exaudivit me Deus,	29

129 De profundis

Pſalmi.		*Pagina.*
129	DE profundis clamavi ad te, Domine,	112
43	Deus, auribus noſtris audivimus,	62
49	Deus deorum Dominus locutus eſt,	75
62	Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo,	10
21	Deus, Deus meus, reſpice in me,	109
69	Deus, in adjutorium meum intende,	104
53	Deus, in nomine tuo ſalvum me fac,	60
71	Deus, judicium tuum regi da,	87
108	Deus, laudem meam ne tacueris,	124
66	Deus miſereatur noſtrî, & benedicat nobis,	120
45	Deus noſter refugium & virtus,	83
82	Deus, quis ſimilis erit tibi?	127
59	Deus, repuliſti nos & deſtruxiſti nos,	126
81	Deus ſtetit in ſynagoga deorum,	39
78	Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam,	126
93	Deus ultionum Dominus,	61
114	Dilexi; quoniam exaudiet Dominus,	128
17	Diligam te, Domine, fortitudo mea,	4
38	Dixi: Cuſtodiam vias meas,	98
109	Dixit Dominus Domino meo,	26
35	Dixit injuſtus ut delinquat in ſemetipſo,	117
52	Dixit inſipiens.... in iniquitatibus,	77
13	Dixit inſipiens.... in ſtudiis ſuis,	81
140	Domine, clamavi ad te, exaudi me,	129
7	Domine Deus meus, in te ſperavi,	48
87	Domine Deus ſalutis meæ,	123
8	Domine Dominus noſter,	32
142	Domine, exaudi.... auribus,	86
101	Domine, exaudi.... & clamor meus,	34
20	Domine, in virtute tua lætabitur rex,	87
6	Domine, ne in furore tuo.... Miſerere,	48
37	Domine, ne in furore tuo.... Quoniam,	113
130	Domine, non eſt exaltatum cor meum,	80
138	Domine, probaſti me & cognoviſti me,	46
3	Domine, quid multiplicati ſunt,	3
14	Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?	81
89	Domine, refugium factus es nobis,	40
23	Domini eſt terra & plenitudo ejus,	116
26	Dominus illuminatio mea & ſalus mea,	117
22	Dominus regit me, & nihil mihi deerit,	60
92	Dominus regnavit, decorem indutus eſt,	11

Pſalmi.		*Paginæ*
56	Dominus regnavit, exultet terra,	43
98	Dominus regnavit, iraſcantur populi,	121
133	ECce nunc benedicite Dominum,	30
132	Ecce quàm bonum & quàm jucundum,	129
58	Eripe me de inimicis meis,	100
139	Eripe me, Domine, ab homine malo,	112
44	Eructavit cor meum verbum bonum,	82
144	Exaltabo te, Deus meus rex,	80
29	Exaltabo te, Domine, quoniam,	7
19	Exaudiat te Dominus in die tribulationis,	59
60	Exaudi, Deus, deprecationem meam,	90
63	Exaudi, Deus, orationem meam, cùm,	101
54	Exaudi, Deus, orationem meam, & ne,	55
16	Exaudi, Domine, juſtitiam meam,	115
39	Expectans expectavi Dominum,	108
80	Exultate Deo adjutori noſtro,	92
32	Exultate, juſti, in Domino,	33
67	Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus,	71
86	FUndamenta ejus in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion,	119
85	INclina, Domine, aurem tuam,	130
125	In convertendo Dominus captivitatem,	96
10	In Domino confido,	65
113	In exitu Iſrael de Ægypto,	27
70	In te, Domine, ſperavi... & eripe me,	104
30	In te, Domine, ſperavi... in juſtitia tua,	110
65	Jubilate Deo, omnis terra, pſalmum,	8
99	Jubilate Deo, omnis terra: ſervite Domino,	11
34	Judica, Domine, nocentes me,	106
42	Judica me, Deus, & diſcerne cauſam meam,	91
25	Judica me, Domine, quoniam ego,	107
121	LÆtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi,	128
145	Lauda, anima mea, Dominum,	105
147	Lauda, Jeruſalem, Dominum,	73
148	Laudate Dominum, de cœlis,	39
150	Laudate Dominum in ſanctis ejus,	11
116	Laudate Dominum, omnes gentes,	121
146	Laudate Dominum, quoniam,	89
134	Laudate nomen Domini,	56
112	Laudate, pueri, Dominum,	27
120	Levavi oculos meos in montes,	64

7 MAgnus Dominus, & laudabilis nimis, 118
1 Memento, Domine, David, 96
5 Miſerere meî, Deus, miſerere meî, 60
5 Miſerere meî, Deus, quoniam, 114
0 Miſerere meî, Deus, ſecundùm magnam, 130
0 Miſericordiam & judicium, 124
8 Miſericordias Domini, 93
6 NIſi Dominus ædificaverit domum, 64
3 Niſi quia Dominus erat in nobis, 64
6 Noli æmulari in malignantibus, 66
1 Nonne Deo ſubjecta erit anima mea, 49
5 Notus in Judæa Deus, 120
6 OMnes gentes, plaudite manibus: jubilate Deo, 118
7 PAratum cor meum, Deus, paratum cor meum, 122
2 QUàm bonus Iſraël Deus, 78
3 Quàm dilecta tabernacula tua, 92
2 Quare fremuerunt gentes, 3
1 Quemadmodùm deſiderat cervus, 91
4 Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion, 64
1 Quid gloriaris in malitia, 99
0 Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, 29
9 Qui regis Iſrael, intende, 50
8 SÆpè expugnaverunt me à juventute mea, 112
8 Salvum me fac, Deus, 102
1 Salvum me fac, Domine, quoniam, 65
7 Si verè utique juſtitiam loquimini, 119
6 Super flumina Babylonis, 129
4 TE decet hymnus, Deus, in Sion; & tibi reddetur votum, 84
4 VEnite, exultemus Domino, 2
5 Verba mea auribus percipe, Domine, 73
6 Voce meâ ad Dominum... voce meâ ad Deum, 84
1 Voce meâ ad Dominum... voce meâ ad Dñum, 115
2 Uſquequò, Domine, oblivisceris me in finem? 66
3 Ut quid, Deus, repuliſti in finem? 41

INDEX CANTICORUM.

Cantici.	*Paginæ.*
AUdivi vocem Angelorum,	44
A Benedictus Dominus,	12
Cibabit illum Deus pane vitæ,	xij
Clamavi de tribulatione mea,	243
Confitebor & laudem dicam,	573
Confitebor tibi, Domine rex,	v
Domine omnipotens, Deus Iſrael,	cxxiij
Dominus petra mea,	307
Ecce vicit leo de tribu Juda,	538
Gaudens gaudebo,	xliv
Hymnum cantemus Domino,	480
In vacuum laboravi ſine cauſa,	581
Invocavi nomen tuum,	327
Juſtorum animæ,	x
Laudáte Dominum Deum noſtrum,	lxix
Magna & mirabilia,	464
Magnificat anima mea,	28
Noli timere,	525
Non eſt ſpecies ei,	251
Nunc dimittis ſervum tuum, Domine,	31
Os ſuum aperuit Sapientiæ,	I
Pactum meum,	xxvj
Pars mea Dominus,	xxxij
Peccavimus, impiè egimus,	136
Quàm pulchri ſuper montes,	510
Qui timetis,	xxxviij
Quis eſt iſte qui venit,	376
Quomodò obtexit,	269
Sacerdos magnus in aſcenſu altaris,	xvj
Timebunt qui ab occidente,	471
Vocabuntur in Sion,	531

INTONATIONES

INTONATIONES, MEDIATIONES, TERMINATIONES ET NEUMATA OCTO TONORUM.

IN hocce Breviario, ad Antiphonas quiſque Tonus ſuo numero notatur: variæ etiam cujuſque Toni Terminationes ſeu Modi ſuis litteris deſignantur. Duplex Modus, completus ſcilicet & incompletus. Modus completus ille eſt qui in ſingulis Pſalmi verſibus deſinit in legitimam Toni ſui finalem; incompletus verò, qui, non in Pſalmi verſibus, ſed in ſola Antiphona perfectè terminatur.

In ſingulis Tonis tria ſunt obſervanda: Intonatio, Mediatio & Terminatio.

INTONATIO in Pſalmis adhibetur tantùm ad primum Verſum; reliqui Verſus à nota dominante in directum inchoantur: In Canticis verò *Benedictus* & *Magnificat* (quando pulſantur Organa,) Verſus qui canuntur à Choro, eodem modo inchoantur quo primus.

MEDIATIO fit in omnibus Verſibus Pſalmorum & Canticorum eodem modo quo fit in primo Verſu, niſi dictio ſit monoſyllaba, vel Hebræa non declinata; tunc enim fit ut notatur in ſequenti Tonorum Tabula.

TERMINATIO in omnibus Verſibus, tam Canticorum quàm Pſalmorum, ſemper eadem eſt ac in primo Verſu. Omnis Terminatio ideò per litteras alphabeticas deſignatur, quia hæ litteræ notis Cantûs reſpondent, ut ſequens earum ordo indicat.

A	B	C	D	E	F	G
Mi	Fa	Sol	La	Si	Ut	Re
La	Si	Ut	Re	Mi	Fa	Sol

JUBILUM eſt ſonus quidam ſignificans cor parturire quod dicere non poteſt. Et quem decet iſta jubilatio, niſi ineffabilem Deum? Ineffabilis enim eſt, quem fari non potes: & ſi eum fari non potes, & tacere non debes, quid reſtat niſi ut jubiles? ut gaudeat cor ſine verbis, & immenſa latitudo gaudiorum metas non habeat ſyllabarum?

Benè cantate ei in jubilatione.

S. Aug. Enarr. II. in Pſalm. 32

Nunquam fit Neuma, ſeu Jubilum, niſi:

1° In Annualibus & Duplicibus primæ, ſecundæ & tertiæ Claſſis, poſt ultimam Antiphonam ſeu Veſperarum, ſeu cujuſque Nocturni, ſeu Laudum, & poſt Antiphonas Canticorum Evangelicorum;


2° In aliis Duplicibus & Semiduplicibus, poſt Antiphonas eorumdem Canticorum.



TONUS I.

uæ claves, ſic & duæ litteræ, ſignificant Tonum duplici modo oculis ſubjici poſſe.


Intonatio.



el


). I N e-xi-tu Iſ-rael de Ægypto,

Mediatio. *Terminatio.*




* domûs Ja-cob de po-pulo barba-ro.


ı Monoſyllabis, 'ebræiſque vo- 'bus non declin.




Adjiciat Dominus ſuper vos.




MAgni-fi-cat * anima, &c. e u o u a e.




LAu-da-te Dominum, omnes gentes, &c.



Spiri-tui ſancto. e u o u a e.




d.



MAgni-ficat * a-nima, &c. e u o u a e.


Sequens deſinit pariter in D. *majuſc. ſed cùm ultimam ſyllabam reddat caudatam, ſitque de primo, cantorum defectu, notatur per* J. *caudatum.*

J.




i i u i a o. e u o u a e.

f.




e u o u a e.

G.




g.




e u o u a e. e u o u a e.

a.




e u o u a e.




Neuma I. *Toni.*

In Tonis imparibus, qui & Authenti dicuntur, Intonatio Canticorum Evangelicorum eadem eſt ac Pſalmorum; in Plagiis verò, ſeu paribus, differt, ut ſuis locis notatur.


I I.

A. 


LAu-da-te Dominum, omnes gentes.




e u o u a e.

In Canticis Evangelicis. 


NUnc dimittis ſervum tuum, Do-




mi-ne. Magni-ficat, &c.

In Monoſyllabis, Hebræiſque vocibus non declin. 


CRe-di-di, propter quod lo-cu-



tus ſum. e u o u a e.



D. 

LAu-da-te Do-minum, omnes gentes.





Spi-ri-tu-i ſan-cto.



Be-ne-dic. Credi-di, propter quod locutus
ſum. Domine David. e u o u a e.
In Canticis Evangelicis.
BE-ne-di-ctus Dominus De-us
Iſ-ra-el. Magni-ficat* a-ni-ma, &c. mi-hi
ma-gna qui po-tens eſt, &c.
Neuma.
III.
E.
LAu-da-te Dominum, omnes gentes.
e u o u a e. Magni-fi-cat* a-ni-ma, &c.

a.  *a.* 

e u o u a e. e u o u a e.


b.  c. 

e u o u a e. e u o u a e.




Neuma.



I V.

E. 


LAu-da-te Dominum, omnes gentes.




e u o u a e.

f.  D. 

e u o u a e. e u o u a e.


A. 

LAu-da-te Dominum, omnes gentes.




e u o u a e.



c.
e u o u a e.
d.
e u o u a e.
In Canticis Evangelicis.
BEnedictus Dominus Deus Iſrael.
MAgni-fi-cat. Ma-gni-fi-cat.
Neuma.
V.
C.
LAu-da-te Dominum, omnes gentes.
e u o u a e.
CRe-di-di, propter quod lo-cu-tus ſum.
qui potens eſt.

a. 


LAu-da-te Dominum, om-nes gentes.



Spi-ritui ſan-cto.




e u o u a e. frumenti ſa-ti-at te.




Neuma.


V I.

C. 


LAudate Dominum, omnes gentes.



& in ſe-cula e u o u a e.



CRe-di-di, propter quod locutus ſum.




Do-mi-ne David.



In Canticis Evangelicis.
BEne-dictus Dominus Deus Iſrael.
MAgnificat * a-nima me-a Dominum.
C.
LAu-da-te Dominum, omnes gentes.
& in ſe-cu-la. e u o u a e.
In Canticis Evangelicis.
BE-ne-dictus Dominus Deus Iſrael.
MA-gnificat.
F.
LAu-da-te Dominum, omnes gen-tes.
Spi-ritu-i ſan-cto. e u o u a e.


e u o u a e.
n Canticis
vangelicis.
BE-nedictus Dominus Deus Iſrael.
MA-gni-fi-cat.
Neuma.
V I I.
3.
LAu-da-te Dominum, omnes gentes.
e u o u a e. lu-ci-ferum ge-nu-i te.
CRe-di-di . . . . lo-cutus ſum, Domine, David.
MAgni-fi-cat * a-ni-ma. qui po-tens eſt.


a.
Spi-ri-tu-i ſan-cto. e u o u a e.
b.
ç.
e u o u a e.
e u o u a e.
c.
d.
e u o u a e.
e u o u a e.
d.
e u o u a e.
Neuma.
VIII.
g.
LAu da-te Dominum, o-mnes gentes.
Spi-ri-tu-i ſancto.
CRe-di-di . . . . lo-cu-tus ſum. e u o u a e.


G. 

e u o u a e. Spi-ri-tu-i ſan-cto.




e u o u a e. e u o u a e.

In Canticis Evangelicis.




BEnedictus Dominus Deus Iſ-rael.




MAgni-fi-cat * anima, &c. magna qui potens eſt.

Hæc quatuor verba dicuntur ſub eodem cantu in ſecundo Modo.




Quod pa-ra-ſti.




Neuma.

Modus cantandi Abſolutiones & Benedict.

Celebrans. *Abſolutio.*




DE-us det nobis cor omnibus ut colamus eum:




a-da-pe-ri at cor noſtrum in le-ge ſu-a,

Chorus.




& in præceptis ſuis. Amen.

Lector. *Celebrans.*




JU-be, Domne, be-ne-di-ce-re. De-us



Domini no-ſtri Je-ſu Chriſti, Pater gloriæ,

℟.




det no-bis ſpi-ri-tum ſa-pi-en-ti-æ. Amen.


(*Sic de aliis Abſolutionibus & Benedictionibus.*)

Modus cantandi Lectiones ſecundùm varias punctuationes.

Lector : In Monoſyllabis : In Hebræis vocibus non declinatis.




Et dixit : . . . locutus ſum : . . . Sanctus Iſrael : . . .




Numquid . , . uteri ſui ? O ſacrum convivium !

In Monoſyllabis. *In Hebræis vocibus non decl.*




Fi-des fundamentum eſt. Sanctus Iſ-ra-el.




& portas tuas lauda-tio. Tu autem, Domine,

℟.




miſerere noſtri. Deo gratias.

Cùm verò non dicitur : Tu autem, Domine, &c. *poſtrema Lectionis verba ſic cantantur.*




. . . . Non ſub-ſi-ſtam . . . . in hoc non lau-do.


Modus cantandi Capitula.



GAude-te in Domino ſemper, i-terùm di-co,
Mediatio.




gaude-te : mo-de-ſtia ve-ſtra no-ta ſit




o-mni-bus ho-mi-ni-bus ; Dominus enim

In Monoſyllabis, Hebræiſque vocibus non declin. ℟.




propè eſt. Deo gra-tias.
Iſ- ra- el.



RE-gi ſe .... in ſe-cu la ſe-cu-lorum, in Chriſto


℟.




A-men. Deo, &c.
Je-ſu.

Mediatio.


In Monoſyllabis, Hebræiſque vocibus non declin.



DE-us ca-ri-tas eſt : & qui




ma-net in ca-ri-ta-te, in De-o ma-net,



& De-us in e- o. De-o, &c.


Modus cantandi Orationes Tono recto.

Celebrans. ℟.




DO-mi-nus vo-biſcum. Et cum ſpi-ri-tu tu-o.

Celebrans.




ORemus. Deus, qui be-atum E-li-gium, &c.

℟.



. . . Per omnia ſe-cu-la ſe-cu-lo-rum. Amen.


Celebrans. ℟.



vel Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.


Modus cantandi Orationes Tono depreſſo.

Celebrans. *Chorus.*




DOminus vobiſcum. Et cum ſpi-ri-tu tu-o.


Celebrans.




ORemus. Deus, qui be-a-tum Eligium . . . .



concede pro-pitius : . . . cum ipſo coronari




mereamur. Per Dominum. . . Fi-lium tuum :



qui tecum .... Per omnia ſe-cula ſe-culorum.


Chorus.



Dominus vobiſcum; *ut ſuprà.*

A-men.

Celebrans. *Chorus.*



BE-ne-di-camus Domino. De-o gra-ti-as.

II. PRIVILÉGE DU ROI.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre; A nos amés & féaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand-Conſeil, Prévôt de Paris, Baillis, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Juſticiers qu'il appartiendra: SALUT. Notre très-cher & bien-amé Couſin le Sieur CHARLES DE BROGLIE, Evêque-Comte de Noyon, Pair de France, Nous a fait expoſer qu'il auroit beſoin de nos Lettres de Privilége pour l'Impreſſion des Uſages de ſon Diocèſe. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter notredit Couſin, Nous lui avons permis & permettons, par ces Préſentes, de faire imprimer, par tel Imprimeur qu'il voudra choiſir, tous les *BREVIAIRES*, *Diurnaux*, *Miſſels*, *Rituels*, *Antiphoniers*, *Manuels*, *Graduels*, *Proceſſionaux*, *Epiſtoliers*, *Pſeautiers*, *Demi-Pſeautiers*, *Directoires*, *Heures*, *Catéchiſmes*, *Ordonnances*, *Mandements*, *Statuts Synodaux*, *Lettres-Paſtorales & Inſtructions* à l'uſage de ſon Diocèſe, en tels volumes, forme, marge & caractères, conjointement, ou ſéparément, & autant de fois que bon lui ſemblera, & de les faire vendre & débiter par tout notre Royaume pendant le temps de *ſix années* conſécutives, à compter du jour de la date deſdites Préſentes, ſans toutefois, qu'à l'occaſion des Livres ci-deſſus ſpécifiés, il puiſſe en être imprimé d'autres qui ne ſoient pas de notredit Couſin. FAISONS défenſes à toutes ſortes de perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangère dans aucun lieu de notre obéiſſance; comme auſſi à tous Libraires & Imprimeurs d'imprimer, ou faire imprimer, vendre, ou faire vendre & débiter leſdits Livres, en tout, ou en partie, & d'en faire aucunes traductions ou extraits, ſous quelque prétexte que ce puiſſe être, ſans la permiſſion expreſſe & par écrit de notredit Couſin, ou de ceux qui auront droit de lui; à peine de confiſcation des Exemplaires contrefaits, & de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers à notredit Couſin, ou à celui qui aura droit de lui, & de tous dépens, dommages & intérêts. A LA CHARGE que ces préſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Regiſtre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, dans trois mois de la date d'icelles; que l'impreſſion de ces Livres ſera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & beaux caractères, conformément aux Réglemens de la Librairie; qu'avant de l'expoſer en vente, les Manuſcrits ou Imprimés qui auront ſervi de copie à l'impreſſion deſdits Livres, ſeront remis ès mains de notre très-cher & féal Chevalier, Chancelier, Garde des Sceaux de France, le Sieur DE MAUPEOU, & qu'il en ſera remis en-

ſuite deux Exemplaires dans notre Bibliothéque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notredit Sieur DE MAUPEOU : le tout à peine de nullité des Préſentes. DU CONTENU deſquelles VOUS MANDONS & enjoignons de faire jouir notredit Couſin, & ſes ayans cauſes, pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement. VOULONS que la copie des Préſentes, qui ſera imprimée tout au long, au commencement, ou à la fin dudit Ouvrage, ſoit tenue pour dûement ſignifiée; & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amés & féaux Conſeillers-Secrétaires, foi ſoit ajoutée comme à l'original. COMMANDONS au premier notre Huiſſier, ou Sergent ſur ce requis, de faire, pour l'exécution d'icelles, tous actes requis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clameur de Haro, Chartre Normande, & Lettres à ce contraires : CAR tel eſt notre plaiſir. DONNÉ à Paris le *trente-unième* jour du mois d'*Août* de l'an de Grace *mil ſept-cent ſoixante*-dix, & de notre Règne le cinquante-cinquième. PAR LE ROI EN SON CONSEIL.

Signé, LE BÉGUE.

Regiſtré ſur le Regiſtre XVIII. de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, *N°* 1276, Fol. 224, *conformément au R*[illegible]*ent de* 1723, *qui fait défenſes*, Art. IV, *à tou*[illegible]*es perſonn*[illegible], *de quelques qualité & condition qu'elles ſoient* [illegible]*tres que les Libraires & Imprimeurs, de vendre, débiter, faire* [illegible]*her aucuns Livres pour les vendre en leur nom, ſoit qu'ils s'en diſent les Auteurs, ou autrement, & à la charge de fournir à la ſuſdite Chambre huit Exemplaires, preſcrits par l'*Art. 108. *du même Réglement : A Paris, ce* 4 *Septembre* 1770.

Signé, A. M. LOTTIN, *aîné*, Adjoint.

M. DCC. LXXIV.

boll — p.



